



Ms  
33

**BIBLIOTECA**  
DE LA  
Universidad de Salamanca.  
Est. 1 Caj. 3. Núm. 20.





13

Et si querit auariciam tunc est vicarius Jud Scarioth. Et pari  
 euidencia Cardinales non sunt veri et manifesti successores Collegij  
 aliorum aplos xpi nisi vixerint iuxta regulas. Secundo mandatu  
 et consilia domini nri ihu xpi.  
 censuram ecclesiasticam emendi  
 est tradendus peccato sequitur  
 qui xpm non volentem eis obed  
 licet interficere quequa ipm sec  
 sunt homicide grauiores qua  
 obediencia secundum ad muer  
 sam auctoritatem scripture.  
 est qd sunt uel virtuose uel v  
 quequa tunc agit virtiose. et  
 agit virtiose. Et tunc sicut vi  
 peccatum inficit vniuersali  
 actus omnes homines virtuosu  
 legem eius habens scripture n  
 populum debet predicare no  
 Et infra. Si ppa uel aliquis  
 non pdicare non debet subdu  
 officiu de mandato accipit  
 datum debet exequi pusa ex  
 censuras ecclesiasticas. Excomu  
 ad sui exaltationem Clerus p  
 riciam multiplicat maliciam  
 Signu aut euidens est qd  
 vocant in suis processibus ful  
 sine procedit contra illos qui  
 pro se maxime usurpant.  
 est phtas tunc ut Judas ap  
 et non est caput sancte mili  
 Gracia pdestinationis v  
 eius membrum nigrum xpo  
 larus malus et presertus es  
 Ppa non debet dici sciss  
 ret dici etiam scissimus secun  
 renatur sancti ymo etiam d  
 Officiarius dei. Si p  
 pet ritum et lram electi  
 vulgatum tunc a luande



ns p  
 iudic  
 aises  
 non  
 tales  
 a est  
 expres  
 pper  
 t agit  
 tunc  
 ortale  
 ificat  
 audiu  
 dum  
 one.  
 uspoite  
 rantis  
 p man  
 pper  
 erdich  
 it ana  
 xpo.  
 are que  
 ncapalis  
 a cleru  
 vrtim si  
 rionis  
 m eius  
 edulter  
 del pre  
 tatro.  
 rru debe  
 ues dice  
 cu fir  
 secuder  
 hiana  
 vum qd

Mensura del  
 fura de Bayona

Marque  
 citra lito







13

Et si querit auariciam tunc est vicarius Jude Scauroth. Et pari  
evidencia Cardinales non sunt veri et manifesta successores Collegy  
alioz aplorz xpi nisi vixerint more aplorz seruantes mandata  
et consilia domini nri ihu xpi. Doctores ponentes qd aliquis p  
consilium ecclesiasticum emendandus si corrigi noluit seculari iudicio  
est tradendus pccerto sequitur in hoc pontifices scribas et phariseos  
qui xpm non uolentem eis obedire in omnibus dicentes. Nobis non  
licet interficere quicquã ipm seculari iudicio tradiderunt. et qd tales  
sunt hominide grauiores quã pilatus. Obedientia ecclesiastica est  
obedientia secundum adinventionem sacerdotum ecclie preter expres  
sam auctoritatem scripture. Omnis imediata humanozz opozz  
est qd sunt uel virtuosa uel uiciosa quia si homo est uiciosus et agit  
quicquã tunc agit uiciose. et si est uirtuosus et agit quicquã tunc  
agit uirtuose. Cuius sicut uicium quod crimen dicitur seu mortale  
peccatum inficit uirtuosaliter actus hominis sic uirtus uirtificat  
actus omnes hominis uirtuosi. Sacerdos xpi uiuens secundũ  
legem eius habens scripture noticiam et affectum ad edificandum  
populum debet predicare non obstante pãsa excommunicatione.  
Et infra. Si ppa uel aliquis spoliatus mandat sacerdoti sic disposito  
non pdicare non debet subditis obedire. Quilibet pdicantis  
officiũ de mandato accipit qui ad sacerdotiũ accedit. et illud man  
datum debet exequi pãsa excommunicatione non obstante. Per  
censuras ecclesiasticas Excommunicationis Suspensionis et Interdicti  
ad sui exaltationem Clerus populum laicalem sibi supeditat aua  
ritiam multiplicat maliciam protegit et viam pparat Antixpo.  
Signũ aut euidentis est qd ab antixpo tales pcedunt censure quas  
uocant in suis processibus fulminationes quibus clerus principalis  
sine procedit contra illos qui denudant nequiciã antixpi qui cleri  
prele maxime usurpant. Si ppa est malus et presertim si  
est pfcatus tunc ut Judas aplus est dyabolus fur et filius pditionis  
et non est caput sancte militantis ecclie cũ nec sit membrum eius  
Gracia pdestinationis uinculum quo corpus ecclie et quodlibet  
eius membrum iungitur xpo capiti insolubiliter. Ppa uel pre  
latus malus et presertus est equiuoce pastor et uere fur et latro.  
Ppa non debet dici scissimus secundũ officũ. quia alis rex debe  
re dici etiam scissimus secundũ officũ et tortores et pccones dice  
rentur sancti ymo etiam dyabolus deberet uocari sanctus cũ sit  
Officiarius dei. Si ppa uant xpo contrarie etiã si ascendet  
per uiam et limam electionem secundum constitutione humanã  
vulgatam tamen aliunde ascenderet quã per xpm dato etiam qd

Mensura del Excmo Arzobispo de Capua  
fua de Segouia. Segun carta e su testamento

mutaret per electionem adeo principaliter factam. Nam Judas sca-  
 riorum rite et legitime est electus a deo xpo ihu ad Episcopatum et tamen  
 aliunde ascendit monile cuius. **Condemnatio** quadraginta  
 quique articuloꝝ Johannis Wyclef per doctores facta est irra-  
 tiabilis et iniqua et malefacta et facta est causa p̄ eos allegata vide-  
 licet qd nullus ex eis est catholicus sed quilibet eorū aut est here-  
 ticus aut erroneus aut scandalosus. Non eo ip̄o quo electores  
 uel maior pars eorū consenserit uua uoce secundum ritus hōm̄  
 p̄sonam aliquā eo ip̄o illa persona legitime est electa. uel qd eo ip̄o  
 est uerus et manifestus successor uel vicarius petri apli uel alius  
 apli in officio ecclesiastico. Unde siue electores bene uel male elegerit  
 operibus electi debemus credere. Nam eo ip̄o quo quis copiosius  
 operatur meritorie ad profectum ecclesie habet adeo ad hoc copio-  
 sius p̄tatem. Non est scintilla apparentie qd oporteat esse  
 unū caput in sp̄ialibus regens ecclesiam quod semper cum ip̄a mi-  
 litante ecclesia conuersetur. Xpc̄ siue talibus monstruosis capitib⁹  
 capitibus per suos ueraces discipulos sp̄ales per orbem terrarū  
 melius suam ecclesiam regularet. Apli et fideles sacerdotes dñi  
 strenue in necessarijs ad salutem regularunt ecclesiam antequā  
 p̄pe officium fuit introductum. sic fuissent deficiente per summe  
 possibile p̄pa usq; ad diem iudicij. Nullus est dñs civilis  
 nullus est prelati. nullus ē Ep̄dum est in p̄co mortali.

art. 30

**actos sancti**

generalis Synodus Constantien-  
 in spiritu sancto legitime congregata vniuersalem  
 ecclesiam representans. Ex quouis saluo conductu per  
 Imperatores Reges et alios seculi principes here-  
 ticos uel de heresi diffamatis putantes eosdem sic a suis erroribus  
 reuocare quocūq; vinculo se astrinxerunt concessio nullum si dei  
 orthodoxe uel iurisdictioni ecclesiastice preiudicium generari uel  
 impedimentū prestari posse uel debere declarat quomin⁹ dicto  
 saluo conductu non obstante liceat iudici competenti ecclesiastico  
 de huiusmodi personarū erroribus inquirere aut alis contra eos  
 debite procedere eosq; punire quantum iusticia suadebit si suos p̄-  
 tinaciter recusauerint reuocare errores etiam si de saluo conductu  
 confisi ad locum uenerint iudicij alis non uenturi. Nec sic pro-  
 mittentem cum alis fecerit quod in ip̄o est ex hoc in aliquo remanuisse  
 obligatum. Dat. Constancie die decima octaua mensis Septembꝝ

Quod p̄des leges  
 etiam in salu-  
 ditate accessu  
 usq; seculari  
 huiusmodi et  
 non potest inquire  
 re ad errorem et  
 et procedere cum  
 Imperator et p̄uinc  
 Constantia XVIII  
 Sept



Forma de Professione Papal favorende

publice Confessionem et professionem faciat infrascriptus.

Forma professionis.

In nomine sancte et individue trinitatis patris et filij et  
spiritus sancti Amen. Anno a Nativitate domini Millesimo  
quadragesimo decimo septimo Indictione decima id est. Ego  
N. electus in christum omnipotentem deo cuius ecclesiam suo presidio  
regendam suscipio et beato petro Apoloꝝ principi corde et ore  
confiteor et profiteor quodam in hac fragili vita constitutus  
fiero me firmiter credere et tenere fidem catholicam secundum  
traditiones apoloꝝ generalium Concilioꝝ et alioꝝ scoloꝝ  
patrum maxime autem Octo Concilioꝝ universalium  
videlicet primi Niceni. secundi Constantiopolitani. tertijs E  
phesini. quarti Calcedonensis. quinti et sexti item Constanti  
nopolitani. et septimi item Niceni. octavi quoque Constantino  
politani. Neenon lateranen. lugdunen. et Viennens generalium  
Concilioꝝ etiam et illam fidem usque ad unum apicem im  
mutatam servare et usque ad aurum et sanguinem confirma  
re et defendere et predicare. ritumque pariter sacramentorum  
ecclesiasticorum ecclesie traditum omnimode prosequi et observare  
hanc autem confessionem et professionem meam per Notarium  
sermianum sancte Romane ecclesie me iubente scriptam propria  
manu subscripsi et tibi omnipotenti deo puramente et devota  
conscientia super tale altare sinceriter offero in pnia talium id  
Dat. id

De prelati non transferendis iuris

Cum ex prelatiꝝ translationibus ecclesie de quibus trans  
feruntur plerumque gravibus in spiritualibus et temporalibus  
subiaceant dispendijs et iacturis prelati quoque non nunquam  
iura et libertates ecclesiarum suarum translationis formidine non  
adeo solleter ut alijs prosequantur ne ad importunitatem quo  
radam que sua et non que ihu xpi sunt querentium Romane  
pontifex forsitan ut homo facti nescius in huiusmodi transla  
tionibus arcuveniat aut alijs leuiter inclinetur pntibus  
statum et ordinamur Inuitoꝝ Epoloꝝ et superiorum  
translationes absque magna et rationabili causa que uocata  
parte cognita fuerit et decisa de consilio sancte Romane ecclesie  
Cardinalium uel maioris partis et cum subscriptione eorundem  
de cetero fieri non debere. Inferiores vero ut abbates alijque per  
petuo beneficiati inuita absque iusta et rationabili causa cog  
nita inuita amoueri seu priuari non debeant adiciem. qd

*Concilium Constantiense*  
in mutationibus Abbatum subscriptio Cardinalium interueniat  
sicut in Episcopis est premissum saluis Constitutionibus Consuetudi-  
nibus et privilegijs ecclesiarum monasteriorum et ordinum quorum-  
cunq;

De spolijs et procura-  
tionibus non reservandis.

*De anno XXXIX*  
Cum per ipsorum Reservatio et exactio et perceptio procu-  
rationum Ordinariorum et alijs inferioribus prelatibus debitorum ra-  
tione visitationis necnon et spolijs decedentium prelatorum ali-  
orumque clericorum graua ecclesijs monasterijs et alijs beneficijs  
Ecclesiasticisque personis afferant detrimenta p[ro]p[ri]a declaramus e-  
dicto fore consentaneum ac rei publice accomodum tales per ipsorum  
Reservationes ac per Collectores auctoritate Aplica deputatos  
seu deputandos Exactiones seu perceptiones nullo modo decetero  
fieri seu actemptari. Quinimo procuraciones huiusmodi et  
quorumcunq; prelatorum etiam Cardinalium uel ipsius pape  
familiarium Officialium et aliorum quorumvis clericorum  
in Curia Romanorum uel extra ubicunq; uel quandocunq; dece-  
dentium spolia seu bona eorum mortis tempore reperta plene et  
libere pertineant illis et per illos recipiantur quibus alij pre-  
fatis Reservationibus mandatis et exactionibus cessantibus  
compererent ac pertinere deberent. Prelatibus etiam inferioribus  
et alijs huiusmodi spolijs exactionibus preter et contra iuris  
communis formam fieri interdiciamus Constitutione tamen  
felicitis recordationis Bonifacii pape viii. que incipit p[re]senti  
super hoc edita specialiter in suo robore duratura. Dat  
Constantie in Sessione publica in maiori ecclesia Constantiensi  
sollemniter celebrata die Nona Octobris Anno domini  
Millesimoquadringentesimo decimo septimo.

*Sessione XL*  
Sessio xxxviii de faciendi reformatione ante dissolutionem Concilij

## Acrosancta generalis synodus

Constantien[sis] statuit et decernit quod futurus su-  
mus pontifex per dei gratiam de primo assumen-  
dus cum hoc sacro Concilio uel deputandis per  
singulas nationes debet reformare ecclesiam in capite et in  
curia Romana secundum equitatem et bonum regimen ecclesie  
antequam hoc sacrum Concilium dissoluatur super materijs  
articulorum alij per nationes in Reformatorio oblatorum


# In Nomine sancte et indiuidue tri-

tenis 1<sup>a</sup>

nitatis feliciter Amen. Censeatur utiqz dignum et con-  
gruum prout id singulariter exposcit innummabilis ho-  
minum memoria ut ea que per sacrosf. generalm Con-  
ciliorf. sanc- tiones ad dei laudem et communem repu-  
blice utilitatem fore noscuntur in- stituta illa debite  
scripture commendentur, ut per hanc uigis eorff. etiam  
ad postereros transeat recordatio. Hinc est igitur qd in  
subscriptis continentur et sunt de uerbo ad uerbum inserta  
decreta cons- titutiones ac- ta et ordinationes ceteraqz ge-  
sta in sacro generali Concilio Basilien. Presidente in  
eodem auct- oritate aplice Reuerendissimo in xpo patre dno  
Juliano miseratione diuina sacrosanc- te Roman. ecclie sa-  
Angeli dyacono Cardinali aplice sedis legato. collecta uisa  
ordinata per nos prothonotarios Notarios et Scribas infra  
scriptos ad id per die- tum dum presidentem sacro eodem ap-  
probante Concilio deputatos sub Annis Indic- tionibus die-  
bus mensibus horis et pontificatu inferius annotatis et de-  
scriptis.

## anno siquidem a natiuitate dni

Millesimo quadringentesimo tricesimo primo. Indi-  
c- tione Nona die autem ueneris septima mensis  
Decembris. Pontificatus sanc- tissimi in xpo pris et dmi nri  
dmi Eugenij diuina prouidentia ipe Quarta Anno primo  
Prefato Reuerendissimo pre dno Cardinali presidente e-  
et legato iam per menses aliquot in Ciuitate Basilien  
Nationis Germanice prouintie Bisuntin predic- ti gene-  
ralis Concilij adiuuante dno congregatione et celebra- tione  
iuxta mandatum aplicum als sibi super hoc directum et  
infra plenus diffinitum legitime faciendum personaliter  
exist- tence. Conuocatis itaqz iam per eum die- ta aucte  
huius rei causa ad die- tam Ciuitatem Basilien de diuisis  
mudi partibus pluribus dnis prelatiis necnon personis alijs  
et uiris ecclias- ticis qui de iure uel consuetudine ad Con-  
cilium generale uenire tenentur, ac etiam qua pluribus  
alijs ad dictum Concilium conuocatis eisqz vna cu die- to  
dno presidente legato in certa aula dmi ecclie sanc- ti  
Leonardi Basilien in qua soliti sunt pro Concilij tenende



in dno conuenire ad hoc specialiter congregatis unanimum inter  
eos inito consensu extitit ordinatum et decretum prima diei  
generalis Concilij Basiliensis Sessionem tenendam fore auctore  
dno atqz celebrandam die veneris extunc proxime sequen-  
tura decimoquarta predicti mensis decembris in Ecclesia  
Cathedrali Basiliensis prout in cedula cuius tenor inferius  
primo loco describitur plenius continetur quia cedula in  
multis duplicatam et transumptam iussit idem dns pre-  
sidentis ob diei prime Sessionis publicationem faciendam  
in pluribus diei Civitatis ecclesie ualuis affigi pariter  
et apponi Cuius tenor sequitur et est talis.

### **Gladium omnipotentis dei exal-**

rationeque fidei catholice necnon tranquillitatem  
totius christianitatis reformationem quoque uniuersa-  
salis ecclesie et populi christianissimi. Ex parte Reuerendissimi  
in xpo patris et dmi dmi Juliani misericordie diuina sacrosce  
Romane ecclesie sancti Angeli dyacom Cardinalis in  
presenti sacro generali Concilio Basiliensi auctore aplice  
presidentis specialiter deputati Approbationeque dicti sacri  
Concilij generalis Intimatur per presentes omnibus et sin-  
gulis in hoc ipso generali Concilio Basiliensi interessentibus  
et interesse debentibus quod auctore deo die veneris proxima  
post festum sancti Martini sancte Lucie que erit decima  
quarta huius mensis decembris prima eiusdem sacri  
generalis Concilij Sessione celebrabitur in ecclesia Cathedrali  
Civitatis huius Basiliensis hora nona eiusdem diei a media  
nocte in antea computando Ideoque precipitur et mandatur  
omnibus et singulis in die dicta Civitate Basiliensi ad cau-  
sam diei sacri Concilij iam existentibus ceterisque  
ad quorum noticiam presentes deuenierint in dicto Concilio  
interesse debentibus qui tunc comode personaliter interesse  
poterunt in eodem quatenus die dicta die et hora in ecclesia  
predicta personaliter et debite compareant sub penis iuris  
nisi legitimo prepedia fuerint impedimento. Dat. Basilee  
die septima decima mensis decembris. Anno a Natiuitate  
domini millesimoquadringentesimo tricesimo primo Pon-  
tificatus sanctissimi dmi nri Eugeny ppe quarti anno primo  
sub sigillo consueto dicti dmi presidentis in testimonium premissorum.

2

ie t̄a die Veneris Quarta decima predicti mensis  
Decembris. Anno Indictione hora et pontificatu  
quibus supra proxime Sacrosane t̄a generali Syno  
do Basilien predic t̄a die t̄o dno Cardinali legato aucte  
qua supra presidente legitime ubi supra congregata celebrata  
q̄ ibidem sollemni missa de spiritu sanc t̄o per reuerendum in  
xpo p̄rem dnm philibertum dei et aplice sedis gracia Ep̄m  
Constan t̄ien promittie Rothomagen. Insuper caritatis  
et perlec t̄is letanys antiphonis alysq̄ deuotis orationibus in  
talibus ordinatis deoq̄ suppliciter et deuote exhibitis Idem d̄ns  
Cardinalis presidens in pontificalibus sedens super cathedram  
ad hoc sibi preparatam alysq̄ singulis prelatiis tunc ad p̄missa  
as t̄antibus in pontificali habitu simul cum mitris plamis  
capitibus eoz̄ f̄ impositis exi t̄entibus gratum sermonem  
ad Synodum predic tam sacrosane tam habuit sumens  
pro themate suo. Adundamini qui fertis uasa domini ysaie  
lyo. In quo plez̄ f̄ q̄ salubri exhortatione ac secundum q̄  
tali conueniebat eximie congregationem. Et in primordio talis  
ac t̄us deaur om̄es de puritate mundicia et uite integritate  
sollester in caritate non sic t̄a ammonuit preapue q̄ exhor  
tatus est ut in celebratione deo grata presentis sacri conaly  
eccl̄ie vniuersali ac de necessaria et utili ut uere decet uiros  
eccl̄ias t̄icos const̄tanti et bono animo iugiter adessent  
iugilarentq̄ ac diligentius intenderent ad profec t̄um et  
utilitatem reipublice xpiane religionis feliciter peragendu  
Quo quidem per eum sermone tandem finito memoratus  
d̄ns philibertus Ep̄us Const̄tantiem eminente thalamu  
ascendit. Itaq̄ de mandato die t̄e sacre Synodi perlegit  
alta et intelligibili uoce ut ab omnibus as t̄antibus audi  
retur hec que infra de uerbo ad uerbum inseruntur. As  
tantibus ibidem nonnullis uenerabilibus et egregys uiris  
d̄ns Ambassadoribus Serenissimi et Illus trissimi princi  
pum d̄noz̄ f̄ Regis Romanoz̄ f̄ semper augusti  
et Amodei ducis Sabaudie necnoy uiris illuz̄ tribus d̄ns

**D**omnipotentis dei gloriam fi

dei catholice exaltationem xpiane q̄ religionis pro  
fec t̄um iacens fundamentum in illo fumo an

II.

gulari lapide xpo ihu in quo omnis edificatio constructa aetat  
in templum sanctum in dno. Sacrosancta Synodus  
Basilien vniuersalem ecclesiam representans in spiritu sancto  
legitime congregata. Presidente Reuerendissimo in xpo pre  
dno Juliano sancte Romanæ ecclesie sancti Angeli dyacono  
Cardinali aplice sedis legato. Attendens qd sacra generalis  
Synodus Constantien in spiritu sancto celebrata salu  
bre existimans et multimode fructuosum in scâ dei ecclesia  
generalia Concilia frequentari hec sue sacre constituit  
huiusmodi sub tenore.

## Requens generalium Concilioꝝ

agri dominici precipua cultura est que ne pres  
spinos et tribulos heresum errorꝝ et scismatici  
extirpat excessus corrigit deformata reformar  
et vineam domini ad frugem uberrime fertilitatis adducat  
Illorꝝ uero neglectus premissa disseminat atqz fouet  
Hec preteritorꝝ temporꝝ consuetudo et presentium recor  
datio ante oculos nros ponit. Quapropter hoc edic  
to perpetuo sanctum decernimus atqz ordinamus. ut am  
modo Concilia generalia celebrentur. Ita qd primu a fine hui  
Concily in quinquenniū immediate sequens. Secundu uero  
a fine illius immediate sequentis Concily in septenniū. Et de  
inceps de decennio in decenniū perpetuo celebrentur in locis  
que sumus pontifex per mensem ante finem cuiuslibet Con  
cily approbante et consentiente Concilio uel eius defectu  
ipm Concilium deputare et assignare teneatur. Ut sic per  
quandam continuationem semper aut Concilium uigeat  
aut per termini pendenciam expectetur. Quem terminu  
liceat summo pontifici de fratrum suorꝝ sancte Romanæ  
ecclesie Cardinalium consilio ob emergentes forte casus ab  
breuitate sed nullatenus prorogetur. Locum autem pro  
futuro Concilio celebrando deputatum absqz euidenti ne  
cessitate non mutet. Sed si forte casus alius occurrerit quo  
necessarium uideretur ipm locum mutari puta obsidionis  
guerrorꝝ pestis aut similibus tunc liceat summo pontifici de  
predic torꝝ fratrum suorꝝ aut duarꝝ partium iporꝝ  
consensu atqz subscriptione alium locum prius deputato  
loco uiciniorum et aptum sub eadem tamen ratione

Surrogare Nisi idem uel simile impedimentu per totam illa  
nationem uigeret tunc ad aliquem alium uiciniore alterius  
Nationis locum aptum huiusmodi Concilium poterit conuo  
cari Ad quem prelati et alij qui ad Concilium solent con  
uocari accedere teneantur, ac si a principio locus ille fuisset  
deputatus. Quam tamen loci mutationem uel termini  
abbreviationem per annum ante prefixum terminu tenea  
tur summus pontifex legitime et sollemniter publicare et in  
timare ut ad ipsum Concilium celebrandum predicti possint  
statuto termino conuenire. Ad que pro ipsius executione  
decreti Cuius papie apud ytaliam fuit elec ta pro genali  
Concilio in fine tunc proxime sequentis quinquennij celebra  
do. Quod quidem Concilium suo decreto tempore in dca  
Ciuitate papien celebrari extitit inchoatum. Et inde  
certis ex causis ad Ciuitatem Senen translatum In quo  
quidem generali Concilio papie inchoato et in Ciuitate  
Senen celebrato hec Basilien Ciuitas pro celebratione  
tunc futuri Concilij generalis post septenniu a fine ipsius  
Senen Concilij celebrandi fuit elec ta et debite assignata  
ut constat in Ins trumento publico inde confec to  
huiusmodi seriei.

1 **In nomine domini amen Tenore pñtis**

publica Ins trumenta aunc tis pateat euidenter et sit notum  
qd Anno a Natiuitate eiusdem domini Millesimo quadrin  
gesimo uicesimo quarto Indictione secunda die uero Sabba  
ti decimanona mensis february hora terciarz uel quasi.  
Pontificatus sanctissimi in xpo pris et dni nri dni Mar  
tini diuina prouidentia ipe quinta Anno septimo vigente et  
durante sacrosanc to generali Concilio Senen in ciuitate  
Senarz ac presidentibus eidem Concilio uice et nomine  
prefati dni nri ipe et pro eo Reuerendissimis in xpo pñibus  
et dnis dnis dei et aplice sedis gratia petro Archiepo Creten  
Iacobo Epo Spoletan. petro Abbate de Rosario Aquilegien  
dioc. ac Leonardo de florentia magis tro et generali ordinis  
predicatorf per eundem dnem ipam ad infrascripta specia  
liter deputatis et ordinatis. ydem dni presidentes quandam  
conuocationem deputatorf omnium melitarf Nationu  
presenas Concilij Senen super electione loci futuri Concilij

fecerunt. In qua afferunt predicti domini presidentes Conalij  
vnicuique singulis Reuerendis patribus ac uenerabilibus et Cir-  
cumspicendis uiris omnium Quinque Nationum uidelicet pro  
Italica pro parte prelatorum et aliorum de extra territorium  
Genensium domini Petrus sanctus Episcopus Castrensis et dominus de  
sancto Gemmano decretorum doctor Camere aplice  
Auditor. Pro parte prelatorum et aliorum habentium  
titulos in territorio Genensium dominus Nicolaus Abbas sancti  
Donati ordinis Vallisumbrosensium se non habere mandatum  
ad actum infrascriptum faciendum dicens sed ad audien-  
dum et referendum quorum quilibet se die tam Italianam  
Nationem representare assererat. Pro Natione Gallia-  
na Reuerendi patris et domini domini Guillelmus Episcopus Ca-  
uallicen Ludouicus de palude Regalis Trenorchen ordi-  
sancti Benedicti Cabilonen diocesis. et Johannes Vesi-  
campi ordinis Cisterciensium Nouionensium diocesis. Pro Na-  
tione Germanica Reuerendus pater dominus Hartungus de  
Cappel decretorum doctor sacri palatii aplice causarum  
Auditor ac uenerabilis et religiosus uir frater Theoderi-  
cus de Andel monachus ordinis premonstratensium in  
decretis licentiatum et eiusdem ordinis procurator. Pro  
Natione Hispania Petrus Alphontij Abbas sancti Vincencij  
et Canonicus ecclesie Colletan qui tamen dixit se non ha-  
bere aliud mandatum a Natione sua ad hunc actum  
faciendum nisi solum ad audiendum et referendum. de  
quo etiam sollemniter fuit protestatus. Pro natione  
Anglie Reuerendus pater et dominus dominus Franciscus Episcopus  
Aquei ac uenerabilis uir magister Thomas de Mery-  
dona Canonicus Astolei in sacra pagina Baccalarus  
Qui deputati supradicti singulariter singuli ad in-  
frascripta mandata sua in publicam formam. Illis de  
territorio Genensium et natione Hispanie exceptis Genensium  
Capella domus Operarii maioris ecclesie Genensium prope  
eandem ecclesiam sito producerunt et quilibet eorum pro-  
duxit. Quibus sic congregatis et missarum sollemnibus  
aliisque ceremoniis debitis et consuetis ibidem completis  
supradicti domini deputati singulariter Nationum ad  
infrascripta singularia mandata de quibus per Instru-  
menta publica signis et subscriptionibus Notariorum



publicorū tunc ibidem pntium signata et subscripta legitimum fecerunt fidem ad huiusmodi Electionem loci et per ordinem processerunt. Et inter cetera quā plurimis allegationibus propositionibus alterationibus et dissensionibus diuersorū locorū et prouinciarū hinc inde inter ipsos deputatos habitis atq; factis. Denū pro loco futuri et tunc celebrandi Conclij proximo secuturi iuxta formam et tenorem decreta siue constitutionis Conclij Constantinensis super facti Ciuitatem Basiliens in Natione Germanica consuetentem et in prouincia Bisuntina tanquam habilem sufficientem et ydoneam ex iporū certis scientia unanimiter et concorditer nominauerunt et elegerunt. Die tamen Nicolao sancti donati et petro Alfonsi Abbatibus protine expresse non consentientibus. Quo loco sic per ipsos dnos deputatos electo supradicte dni quatuor presidentes Conclij ex parte dni nri ipe die tamen decretum siue constitutionem Conclij Constantinensis in quo continetur de modo eligendi loci Concliorū necnon lras aplicas domini nri ipe predicte eius uera bulla plumbea ut prima facie apparebat more curie Romane munitus super potestate die tamen dnis presidentibus ad presentem actum a dno nro ipe predicte concessa per uenerabilem virum dnm Michaellem de pisis decretorū doctorem et prefati dni ipe Secretarium ibidem pntem publice alta et intelligibili uoce coram dnis presidentibus ac deputatis Nationum alijsq; supradicte d infrascriptorū tenorū legi et publicari fecerunt. Tenor uero decreti sequitur et est talis frequens generalium Concliorū celebratio agri dominici precipua cultura est &c Et sic fuit. Statuto termino conuenire. Tenor uero Bulle talis est.

**artinus ep̄s seruus seruorū**  
dei Venerabilibus fr̄ibus petro Archiepo  
Creten Jacobo Ep̄o Spoletan ac dilectis  
filijs petro Abbati de Rosario sancti petri  
Aquilegen dno necnon Leonardo de Florentia ordinis  
fratrum predicatorū ac sacre pagine professori ac eiusdem  
ordinis generali magistro nris et aplice sedis Nuntijs

Salt. et aplice ben. Nuper siquidem cupientes generale  
Concilium iuxta deliberationem et ordinationem sancte  
Synodi Constantien ad deputationem loci olim eadem ap-  
probante Synodo per nos factam in Civitate papie aucto-  
re domino celebrari ut illa in eo statuerentur et fierent  
que cederent ad laudem dei et boni publicam ecclesie sue scilicet  
vos ad Civitatem predicte tam pro futuro ibidem tenendo  
et celebrando Concilio generali vestros et aplice sedis nuntios  
de fratrum vestrorum consilio providimus destinandos vo-  
bis inter cetera nomine et auctoritate nostris Ipsi Concilio  
presidendi et mihi pro vestra sapientia illa providendi deliberandi  
statuendi discernendi et concludendi que ad conservacionem  
et augmentum religionis et fidei xpiane ac reformationem  
cleri et status ecclesie hanc pertinent potestatem plenariam  
concedentes prout in alijs nostris litteris plenius continetur. Nos  
igitur attendentes ut in bene gerendis rebus die et Concilio  
eo utilius et perfectius proficere valeamus quo ampliori  
per nos fueritis auctoritate muniti. Et ne propter aliquem  
casum qui solet quique contingere celebratio et continuatio  
eiusdem Concilii retardetur oportune providere volentes  
discretionem vestram ubi legitima causa subsistat ipsum Concilium  
de Civitate predicte ad quamcumque aliam Civitatem eius-  
dem Nationis ad hoc liberam habilem et sufficientem de  
qua vobis videbitur auctoritate nostra transferendi Illud  
que prorogandi mutandi et dissolviendi Ipsi que Concilium  
in huiusmodi Civitate ad quam id forsitan transferri  
et mutari contingerit continuandi tenendi et celebrandi  
et ad illud prelatos et alios evocandi eiusque nomine et aucto-  
ritate predicte presidendi et in eo quecumque decreta eodem ap-  
probante Concilio ordinandi statuendi et decernendi Illa que in  
publicis Sessionibus iuxta morem sollempniter publicandi et  
approbandi. Et nichilominus ante dissolutionem presentis  
Concilii locum pro alio futuro Concilio inde ad septennium  
celebrando iuxta deliberationem declarationem et ordinatio-  
nem predicte etiam ante mensem ubi rationalis causa  
esset ne aliquo modo huiusmodi loca deputatio differatur  
nominandi deputandi et assignandi et alia in premissis  
omnibus agendi disponendi statuendi et exequendi ac  
concludendi que pro statu honoreque nostris et Romane

ecclesie et tranquillitate et pace rei publice xpiane noueritis p  
 futura plenam et liberam de die ~~toz~~ fratrum consilio au  
 c ~~toritate~~ a plica tenore presentium concedimus facultate  
 ratum et gratum habituri quicquid per uos super premissis  
 in eodem Concilio propositum deliberatum s ~~t~~atutum et  
 decretum fuerit et conclusum. Id q ~~z~~ faciemus auctore dno  
 usq ~~z~~ ad satisfactiorem condignam inuolabit obseruari  
 Dat. Rome apud sanctum petrum viij. kl. marcij

Pontificatus nri Anno Sexto

Quibusquidem decretis ac lris a plicis sic lectis et publi  
 catis predic ~~ti~~ domini quatuor presidentes ibidem pntes  
 per organu die ~~ti~~ Reuerendissimi patris dni ~~—~~ Petri  
 Archiepi Crecei vnius ex ipis presidentibus in ipm locum  
 scilicet Cuitatem Basiliens ~~—~~ sic ut premititur per ipos  
 dnos deputatos elec ~~—~~ tam consenserunt ac eandem Cui  
 tatem Basiliens in prouincia Bisuntina consistentem  
 vnam die ~~ti~~ his dnis deputatis nationu et ipi deputati  
 nationu videlicet Italice de extra territoriu Genei Gal  
 licane Germanice et Anglicane iuxta die ~~ti~~ decreta Con  
 stantien ~~—~~ Concily vni formam et tenorem ac pntis a  
 dno nro ppa predic ~~—~~ to eis tradite ut premititur et con  
 cesse elegerunt et nominauerunt ac Cuitatem ipam ha  
 bilem et ydoneam pro loco futuri proximi celebrandi Con  
 cily deputauerunt assignauerunt et pronu ~~—~~ aauerunt  
 Protestantes tamen qd propter hoc ipm Concilium  
 Genei non censetur dissolutum esse. Sed qd ipi presi  
 dentes cum inelitis nationibus ad omnem reformationem  
 hic possibilem concurrere uellent et de hoc ydem prefati de  
 putati per ordinem similiter fuerunt protes ~~—~~ tan quilibet  
 pro Natione sua quo ad reformationem hic uellent attendere  
 Quo loco taliter elec ~~—~~ to et pronu ~~—~~ ciato ac assignato et depu  
 tato uocati fuerunt in locum die ~~ti~~ te congregationis Re  
 uerendissimi pres et dni dn Johannes Archiepus Tolle  
 tan nationis hispanice presidens Johannes Archiepus  
 Rothomagen nationis Gallicane presidens. Richardus  
 Elec ~~—~~ tus Eboracen Angliane nationis presidens et An  
 dreas Epus poznamien in quoz ~~—~~ presentia die ~~ti~~ loca  
 Elec ~~—~~ tio fuit sollemniter publicata et per ipos dnos Archi  
 epos et Epus approbata et confirmata excepto qd die ~~ti~~ tus

**R**emus pater dñs Johannes Archiepus Tolletan Hispaniarum primas Regniqz Castellae maior Cancellarius et supradicte Nationis hispanice presidens ad dñm Electionem respondit se habere duas uoces vnam ut presidens Nationis sue hispanice. Aliam uero ut Archiepus et primas Hispaniarum. Quantum ad primam uocem non posset consentire nisi requisita et consentiente Natione sua predicta quantum uero ad secundam uocem uidelicet ut Archiepus et primas dixit se consentire et expresse consensit de et super quibus omnibus et singulis premissis sic actis factis et gestis prefati dñi presidentes dñi nri ppe necnon deputati supradicte Nationis ac honorabilissimi magr Martinus welle clericus Sambien dioc. in decretis Baccalarus ac dñi nri ppe prefati procurator fiscalis et huiusmodi sacri Concilii Genen procurator sibi a me Notario publico infrascripto et aliarum Nationum Notarijs ibidem tunc presentibus fieri petierunt et quilibet eorum fieri petijt atqz tradi unum uel plura publica seu publica instrumenta ac instrumenta. Acta fuerunt hec Genen sub Anno Indictione mense die hora loco et pontificatu quibus sup. Presentibus ibidem uenerabilibus ac honorabilibus et discretis uiris dñs dominico de Crapanen aplice camere clericus Michael de pisis supradicte decretorum doctoribus Necnon magris Anthomo olim Michaelis de sancto Seminiano Curie causarum camere aplice et ytalice de extra territorium Genen. Hermannio Weynen de Boeckem elico Monasterien dioc. aplice et imperiali auctoritate ac melite Nationis Germanice in predicto Genen Concilio Notario necnon Laurencio Stafforde Anglicane nationis predictarum Notarijs etiam florentin Monasterien ac lincolniens dioc. ac Francisco de Bononia seruente armorum dñi nri ppe predicti testibus ad premissa uocatis specialiter et rogatis.

VI

et ego petrus clericus Clericus Ambianen dioc. magr in artibus publicus auctoritate aplice et melite Nationis Gallicane in predicto sacro Genen Concilio Notarijs quibus huius electionis. promutationi assignationi et deputationi loci futuri Concilii ut premittitur proxime celebrandi presens fui eaqz sic fieri uidi et audiui Ideoqz hoc

pus publicum Instrumentum manu mea propria scriptum exinde confecta subscripsi et publicam signoq; et nomine meis solitis et consuetis signavi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus et requisitus.

Et ego Laurentius Stafforde clericus Lincolnien diocesis publicus auctoritate apostolica et melite Nationis Anglicane in predicto sacro Generali Concilio Notarius premissis omnibus et singulis vna cum prenomminatis testibus et Notario prius sui eaq; sic fieri iudi et audiui et exinde hoc Instrumentum per alium fideliter scriptum signoq; meo solito cum die et Notario requisitus signavi in testimonium omnium premissorum.

Uero finis interaret septennium quod est tempus ex premissis Concilii Constantien decretis celebrationi huius Concilii prefinitum felix recordationis dñs Martinus quintus sancte Romanæ ac vniuersalis ecclesie tunc presidens pontifex volens celebrationem generalis Concilii fieri iuxta prememoratum decretum cui tamen propter etatem decrepitam et multiplices sui corporis morbos in persona propria non poterat presidere die tunc dñm Julianum sancte Romanæ ecclesie sancti Angeli diaconum Cardinalem de fratrum suorum consilio ad celebrandum ipsum Concilium ac eidem in ea et loco ipsius summi pontificis presidendi suum ac sedis apostolice destinavit legatum per suas apostolicas prout hic inferius continetur.

## Martinus ep̄s seruus seruorum dei.

Dilecto filio Juliano sancti Angeli diacono Cardinali apostolice sedis legato. Salutem et apostolicam benedictionem. Dum omnis vniuersalis gregis dominica superna dispositione nobis inuicem diligentem attendimus et quod singulis christiane reipublice occurrentibus per nos ipsos debentur apostolice seruitutis exequi non possumus animo nostro reuoluimus ne nunquam viros fide feruentes dignitate ac scientia preditos et rerum agenda experientia conspicuos in partem nostram et ecclesie Romanæ negotiorum assumimus ut dum tempus postulat eorum operationibus vices nostras suppletes minus terui nobis commissum

Summa a<sup>ss</sup>ente gratia iuxta iures nobis ex alto concessas ex  
equi ualeamus. Dudum siquidem sacrum generale Constanz  
Concilium ex certis causis tunc expressis statuit et decreuit  
primum generale Concilium in quinquennium extunc proxime  
futurum secundum uero a fine illius immediate sequentis  
Concilij in septennium Et demceps de decennio in decennium  
perpetuo fore celebrandum in locis per Romanum pontifice  
per mensem ante finem cuiuslibet Concilij approbante et  
consentiente Concilio uel in defectum ipsius per ipsum Con-  
cilium deputandis et assignandis ut illa que circa statum  
et bonum publicam ecclesie sancte matris dei agenda et expedienda re-  
stantur matura possent deliberatione compleri prout  
quantum in nobis fuit in Concilio Senis ultimo celebra-  
to factum extitit In quo per nros et sedis aplice Nuntios  
tunc in dicto Concilio Senis presidentes eodem approbante  
Concilio Cuius Basilien pro loco proxime futuri tunc  
in septennium celebrandi Concilij deputati extitit prout in  
decreto prefato Senis Concilij et alijs nris lris desuper  
confectis plenius continetur. Cum autem finis huius sep-  
tennii quo Concilium ipsum in eadem Cuius Basilien  
tenendum et celebrandum fore statutum ipsum in statu  
noscat. Cuius propter notoriam egritudinem nram in  
ipso futuro Basilien Concilio deinceps fore celebrando iuxta  
desiderium cordis nri interesse non possumus Te uere integri-  
tate et sapientia preclarum et magnitudine consilij conspi-  
cui ac in maximis nris et prefate ecclesie negotijs diuturna  
experientia comprobatum legatum cum plena et omnimoda  
potestate legati de latere de fratrum nrorum consilio au-  
toritate aplice tenore premissis facimus constituimus  
et etiam ordinamus. Teq; ad Cuius Basilien pre-  
dictam pro futuro ibidem ante tempore dno tenendo et cele-  
brando Concilio generali iuxta deliberationem et ordina-  
tionem prefatas tanquam pacis angelum prouidimus de-  
stinandum. Et cum super omnia in ipso futuro Concilio  
ad reformandum statum ecclesie hanc qui hoc tempore  
indigere uidetur habundante nequitia et frigescente ho-  
minum caritate suscitatis inter fideles bellis et discordijs  
ac inualescente in pluribus mundi partibus heretica pri-  
uitate ad huius heresis extirpandas et pacem inter catho-

licos principes et ceteros xpianos componendam animam  
 efficaciter incendamus super qua re quantum in nobis fuit  
 dedimus operam efficacem. Tibi nomine et auctoritate  
 nostris ipsi Concilio presidendi ac in illo pro tua sapientia illa  
 proponendi deliberandi ordinandi statuendi et decernendi  
 que ad laudem et honorem dei et conseruationem et aug-  
 mentum religionis fidei xpiane statum ecclie reformatio-  
 nem quoque totius cleri et ecclie huiusmodi status in moribus  
 et uita necnon reductionem Orientalis ecclie et quorum-  
 libet aliorum oberrantium ad gremium ecclie militantis et  
 conseruationem ecclie huiusmodi libertatis. Salutem quoque  
 quietem et pacem Regnorum Regum ducum principum  
 et quorumlibet fidelium populorum noueris pertinere  
 ac etiam ibidem cum debita maturitate et deliberatione  
 prout in tanta re conuenit ea omnia proponendi decernendi  
 concludendi et exequendi per que hereses et errores tam  
 de Bohemie quam de alijs quibuscumque Regnis prouincijs  
 terris et locis in quibus sunt penitus extirpentur. Et  
 nichilominus de premissis heresum et quibuscumque alijs  
 causis fidem catholicam concernentibus quomodo libet cum  
 consilio dicti Concilij cognoscendi illarum parte uel alium  
 seu alios a te deputandos audiendi decidendi et fine debito  
 cum prefato Concilio terminandi. Et contradictores  
 quoslibet et rebelles cuiusque status gradus preminentie  
 uel conditionis existant et quauis ecclie huiusmodi uel mun-  
 dana etiam si regali uel pontificali prefulgeant dignitate  
 auctoritate nostra per censuram ecclie huiusmodi et alia nostris re-  
 media appellatione postposita compescendi et super hys  
 quotiens opus fuerit auxilium brachij secularis inuocandi.  
 Omniaque alia et singula in eodem Basiliensi Concilio agen-  
 di tractandi disponendi statuendi declarandi decernendi  
 et concludendi que in premissis et circa ea pro statu nostro et  
 eiusdem ecclie ac salute animarum fidelium extirpatione he-  
 resum et errorum de agro domino reductioneque oberrantium  
 populorum et conseruatione ecclie huiusmodi libertatis ac pro-  
 quiete statu reipublice xpiane necnon reformatione  
 in omnibus membris suis noueris profutura plenam et li-  
 beram auctoritate predicte tenore presentium conce-  
 dimus potestatem ratam et gratam habiturum quicquid

et X. Littera Eugeni  
IV. Summo Pontifici  
gato. Rome - apud  
Petrum 2. Kal. Aprilis 1431  
factam e esse exemplar

Super premissis per te unicum eadem Basiliensi Concilio or-  
dinatum statutum deliberatum et decretum fuerit et con-  
clusum Idque faciemus auctoritate domino usque ad satisfactionem  
condignam inuolabiliter observari. Quocirca curam  
specie huius tue per apostolica scripta mandamus quatenus inuicem tu  
tibi ministerium laboris huiusmodi pro divina et dicte  
sedis ac nostra reuerentia sit in eodem futuro Basiliensi Con-  
cilio die toto nomine pro tempore presideris ad honorem dei  
ecclesie atque nostram salutem quoque et pacem populorum fidelium  
iuxta datam a domino tibi prudentiam laudabiliter exequa-  
ris quod ex eius fructuosis operibus fructus operum proueni-  
ant quos speramus. Tuque demum illam que pias causas a  
gentibus superna retributione impenditur gloriam conse-  
qui merearis felicitatis eterne. Dat. Rome apud sanctos  
apostolos 11. february Pontificatus nostri anno quartodecimo.

XE.

Ipsa autem reuerendissimus dominus legatus mandatum  
apostolicum exequi cupiens cum tempore quo iam instabat  
celebrationem Concilii inchoari circa expeditionem aduersus  
perheretam heresim Hussitarum esset pro causa fidei admo-  
dum occupatus suos ad hanc Civitatem uicegerentes  
destinare curauit ac postmodum quatenus fuit possi-  
bile ad presentem Civitatem accessit ut inuicem lega-  
tionis officium posset in celebratione huius Concilii genera-  
lis prestante diuini numinis gratia adimplere prout  
etiam sanctissimus dominus noster dominus Eugenius diuina pro-  
uidencia ipsa quartus repetitis sue sanctitatis litteris sibi  
mandauit. In qua Civitate iam per tres menses et ultra  
cum prelati et ceteris qui ad ipsam Civitatem causa cele-  
brationis dicte generalis Concilii aduenerunt quam  
plurimas congregationes fecit habuitque tractatus super  
ipsius stabilimento et celebratione Concilii tandem decre-  
tum est prout fieri sollempnem Sessionem. In qua primi-  
cum ex premissis constat aperte quod hec Civitas sit lo-  
cus celebrationis generalis Concilii deputatus et ad sit-  
a iam dum intra tempus ipsius Concilii celebrandi sacrosan-  
que sedis apostolice non desit auctoritas decernit diffinit  
et declarat in hac Civitate et loco esse generale Conci-  
lium statutum canonice et fundatum et quod ad eius  
celebrationem tenentur accedere omnes tam prelati qua



ceteri qui de iure uel consuetudine ad generalia Concilia accedere sunt astricti.

Ceterum cum unumquodque eo directius atque intentius suas dirigat actiones quo ipsius finem destinatum agnoscat. Idcirco hec sancta Synodus necessitates christiane religionis sedula meditatione recogitans, matura et digesta deliberatione decreuit ad hec tria eo a quo cuncta procedunt bona auctore toto sollicitudinis studio operam dare primo ut omnium heresum a christiani populi sinibus tenebris profugatis lumen catholice ueritatis christo uera luce largiente refulgeat. Secundo ut bello rabie qua satore 32 annis seminante in diuersis partibus mundi affligitur et dissipatur populus christianus congrua meditatione sedata pacis auctore presertim in statu reducatur pacificam et tranquillam. Tercio ut cum multiplicibus uitioꝝ tribulis et spinis christi uinea iam quasi siluescat pre nimia densitate ut illis debito cultu studio resecatu euangelico agricola celitus operante refloreat honestatis que fructus et honoris felici ubertate producat. Et quoniam absque celestis influxu gratie hec tam grandia bona sperari non possunt omnes christi fideles in domino propensius exhortantur ut ad obtinendam premissorum consumationem felicem deuotis orationibus ieiunijs et elemosinis apud maiestatem diuinam diligenter insistant ut pius et misericors deus humilibus placatus obsequijs operam reque consumationem huic sacro Concilio suo pietate solita prestare dignetur eis in remissionem suorum peccaminum hoc iniungens.

Preterea cum premissa ad que huius sacri Concilii tendit intentio sit plurimum ardua et accuratum studium exigant multa que sint sollicitudine et cura uigili pertractanda. Exhortantur omnes in sacro Concilio persistentes et ad ipsum uenientes ut diligenter secum illa cogitent atque cum alijs excogitata pertractent que eis uidebuntur utilia ad eadem uel etiam oportuna ut inde communi debito que super eis tractatu habito et matura deliberatione digesto melius et utilius per sacrum Concilium in premissis queat assistente spiritus sancti gratia prouideri. In hac namque sacra Synodo congregatis plena et libera sit oibus et singulis loquendi et consulendi facultas eorum que ad

XII

XIII

agenda esse uidebuntur accomoda iuxta materias in ipius  
Concilio deliberatione propositas.

XIV

Ut autem que mox et gestis uenis tate unusquisque  
in Sessionibus et congregationibus huius sacri Concilii debet  
se habere ex antiquorum patrum iam diu institutis regulis  
innoscatur de eorum Concilio Collectis presentibus dixim<sup>9</sup>  
inserendum.

XV

In loco benedictionis confedentes domini sacerdotes nullis  
debet aut indiscretis uocibus perstrepere aut quibuslibet  
tumultibus perturbare Nullis etiam uanis fabulis uel ri  
sibus uel quod est deterius obstinatis disceptationibus tu  
multuosas uoces effundere. Siquis enim ut ait ap<sup>l</sup>us putat  
se religiosum esse non refrenans linguam suam sed seducens  
cor suum huius uana est religio. Cultum enim suum iusti  
tia perdit quando silentia iudicij obstrepantur turba con  
fundit. dicente propheta. Erat enim cultus iusticie silentium  
Debet ergo quicquid aut confederatum consultationibus agit<sup>r</sup>  
ut ab accusantium parte proponitur sic mitissima uerborum re  
latione proferri ut nec contentiosis uocibus sensus audientium  
turbentur nec iudicij iugiter de tumultu eueruent. Qui  
cumque ergo in Concilio Concilio hec que premissa sunt vio  
landa tradiderit et contra hec interdico aut tumultu aut  
contumeliis uel risibus ipm Concilium perturbauerit iux  
ta diuine legis edictum quo precipitur accere derisorem  
et exhibet cum eo iurgium cum omni dedecore et conuisione  
abs tractis a communi cetera recedat ac trium dierum ex  
communicationis sententiam ferat.

XVI

Ad obinandum controuersis que solent ex huiusmodi  
in Conciliis et publicis Congregationibus suboriri et no  
numquam iporum progressum per longa tempora impedire  
hec sancta Synodus ordinat statuit et decernit quod per  
quoscumque ac his nominationes intimationes honores  
exhibitiones tam in sede quam alijs quibuscumque die his  
dicendis aut faciendis in hoc Concilio per quoscumque pre  
latos principes uel eorum aut uniuersitatum et comuni  
tatum quorumque nuntios uel legatos seu ipsos uel de ipsos  
uel eorum altero in eodem Concilio nullum ius de nouo  
acquiratur nullisque preiudicium generetur Nulliusque  
ius in proprietate uel possessione ledatur et per premissa

9  
uel huiusmodi legatorum admissionem sus uel titulus ali  
cuius approbati nullatenus censentur uel etiam reprobari  
aut sus uel possessio generali Concilio interessendi uel talit  
uocem dandi cuiqua acquiri sed in omnibus et per omnia  
vniuersis in eodem statu post hoc Concilio remanere  
quo ante tempus celebrationis ipsius Concilii permanebat.

Sane quoniam opus est aliquod intendere non satis e  
dificationi operam dare si ex aduerso impedientibus non re  
sistat. Idcirco decretum in sacro Constantien Concilio  
editum aduersus eos qui uenientes ad Concilium stantes  
uel redeuntes impediunt iniuriantur uel molestant ex super  
habundanti sacula contra eos qui uenientes aut receden  
tes ab hac sancta Synodo in persona uel bonis impedire  
iniuriari uel molestare presumpserint locum habere de  
clarat et decernit iuxta ipsius que talis est seriem et teno  
rem.

XVII

## acro sancta generalis Synodus

Constantien uniuersalem ecclesiam reputans  
in spiritu sancto ad extirpationem scismatis  
heresumque et errorum necnon ipsius ecclesie in  
Capite et in membris debitam reformationem legitime  
congregata. Ad futuram rei memoriam. Iustitiam et  
equitatem exerceri non dubitatur si quos noxie uolun  
tatis adeo captiuat peruersa intentio quod processibus ap  
tatis impudenter obuiare auctoritatem sancti hominis amo  
nicæ contemnentis in aliorum prolabantur iniurias et of  
fensas ecclesiastica censura percellat et pro demerito culpe  
rigorem adiciat iudiciali potestate. Nam si quilibet per  
campum licentiae freno deposito modestie uagaret impune  
facile quisquis seuiret in proximum et neruus disciplinan  
tis iusticie rumpereatur. Sane licet nonnulli Roman  
pontifices antiquos Romanæ ecclesie morem et consuetudine  
obseruantes prout ad eos ex debita aptatus sibi inuncti  
officij pertinebat per certos suos processus in die cene domini  
annis singulis sollemniter publicantes iuxta alios omnes  
et singulos qui ad sedem apostolicam uenientes uel recedentes  
ab ea necnon in illos omnes et singulos qui per se uel per

XVIII

alium seu alias quascunq; personas ecclias-  
ticas uel seculares ad Romanam curiam super eor-  
f causis et negotijs acce-  
dentes illaq; in eadem curia prosequentes ac procuratores ge-  
stos aduocatos et promotores ipor-  
f et etiam auditores  
seu iudices qui super dic-  
tis causis seu negotijs deputantur  
occasione causar-  
f emergentiu huiusmodi uerberant mu-  
tilant uel occidunt cuiuscunq; dignitatis ordinis conditio-  
 rietus causar<sup>um</sup> et rez<sup>um</sup> super quibus lre eadem confici  
 entur postulabit in vno missionis spiritus sanc<sup>ti</sup>  
 in specie columbe in alio uero lateribus hoz<sup>um</sup> uerboz<sup>um</sup>  
 Sacrosancta generalis Synodus Basiliensis sculptu  
 ras continente decernens eisdem plenam et omniam  
 fidem adhibendam fore.

Item cum multiplicatio Cardinalium sit ecclesie dis  
 pendiosa et onerosa propterea et ex alijs rationibus et  
 legitimis causis eandem sanctam Synodum mouen  
 tibus statuit ordinar atqz ex certa sciencia hoc irre  
 fragabili decreto decernit ipsa sacra Synodus qd' durante  
 hoc sacrosancto Concilio Romanus pontifex a loco  
 istius sacri Concilij absens personaliter no' debeat  
 nec possit aliquem uel aliquos cuiuscunqz dignitatis  
 conditionis gradus seu status existunt in sancta te  
 Roman<sup>ae</sup> ecclesie Cardinalem uel Cardinales quouis  
 modo aut quocunqz quesito colore uel causa assumere  
 uel pronunciare seu assumptos secreta publicare. Et si  
 secus attemptatum fuerit exnunc mantea irritu sit

et inane nulliusq; roboris uel momenti Quid si fors an-  
taliter de facto assumpta aut promissata se pro Cardinali-  
bus gerere aut nominare presumpserint quibuscumq; dig-  
nitatibus priuati et ad omnes et singulas futuras inhabi-  
les ac quicumq; eos pro Cardinalibus gerentes et reputantes  
ex nunc prout ex tunc sententia Excommunicationis inodati  
sunt ipso facto a qua preterquam in mortis articulo nisi a  
prefata Simodo absolutionis siue habilitationis beneficii  
obtinere non possint.

VII

Commissio facta per Concilium in eadem sessione dno  
Cardinali sancti Eustachii super regimine Ci-  
uitatis Auinionen et Comitatus venesim.

**acrofanc ta** *re* Dilecto ecclesie filio  
Alfonso sancti Eustachii sancte Roman  
ecclesie Diacono Cardinali aplice sedis legato  
Ciuitatis Auinionen et Ciuitatis venax

am in spiritualibus et temporalibus pro nobis et sancta  
matre ecclesia vicario generali Salt. et omnipotentis dei ben  
In pacis auctore hec sancta Synodus congregata Cum  
vniuersi populi xpianam pacem et tranquillitatem exoptis  
per diuersas mundi partes ad procurandum ea que pacis  
sunt et scandalis obuiandum siue felicitudinis opus im-  
pendat ecclesie proprii patrimonium ab hoc procurande pa-  
as et tranquillitatis studio exerts esse nullatenus de-  
cauit quoniam ipm debet specialis intuitus cura fouere Cu-  
itaq; ad ipsius sacre Sinodi noticiam fidedignoz fit re-  
latione deducitur qd Ciuitas Auinionen que sancte  
dei ecclesie semper fidelissima et obsequentissima fuit certis  
urgentibus rationibus et causis necessarijs vicarii per  
summi pontificem ad ipsius regimen destinatum se ad-  
mittere non deberet pretendat atq; ad eundem summi  
pontificem plures Ambasiatas destinauerit pro utili  
et salubri gubernatione Ciuitatis eiusdem ac Comita-  
tus venesim eidem adiacentis suppliciter postulans ut  
de alio utili eis prouideretur vicario qd hucusq; obtinere  
nequiuit nec sperat posse obtinere quoniam is qui pro vi-  
cario destinatus est intendit et nititur suscipere gu-

unctionis officium in uita Civitate congregare satagēs  
 multitudinem gentium armatorum. Unde super premissis in  
 formatione recepta ex hys et alijs que honestas cense-  
 calamo non promenda de turbatione et periculo graui sta-  
 tus Civitatis illius et patrie est ex uerisimilibus et ur-  
 gentibus rationibus dubitandum essetq; nimis graue  
 dispendium si forte quod auertere dignetur altissimus etia  
 perderet illud tam notabile patrimonij sui membrum aut  
 guerrarum inquietudine turbaretur. Idcirco hec sancta  
 Synodus huiusmodi periculis cupiens obuiare Civitate  
 q; illam et Comitatum in pace et quiete fouere regimen  
 et gubernationem Civitatis ipsius et Comitatus usq; q;  
 cum summo pontifice per ipsam Synodum uel aliquo eius  
 nomine habito pleniori tractatu fuerit aliter ordinati  
 maxime attentu qd propter locorum distantiam et viarum  
 discrimina non potest facile haberi recursus ad dictum  
 summi pontificem et periculum sit in mora Tibi cuius  
 future utili et fidei gubernationi fidem facit aliarum tra-  
 ctationis regimem per te hac tenus fidelissime plurimumq;  
 utiliter gestum duxit ad honorem dei sancte matris  
 ecclie ac huius sacre Synodi tenore pntium plenarie co-  
 mittendum cum plenaria potestate regendi et gubernandi  
 dictam Civitatem Auinionem et Comitatum venayam  
 omnemq; in eisdem Iurisdictionem merum et mixtum  
 imperium per te uel alium seu alios exercendi Officialis  
 amonendi etiam si pontificali prefulgeant dignitate  
 et alios uel eosdem instituendi iuramenta seu promissi-  
 ones recipiendi ac illa relaxandi cum quibuscuq; semel  
 uel pluries quotiens visum tibi fuerit oportunu quascuq;  
 pecunias fructus proventus et emolumenta in illis Cui-  
 tate et Comitatu ratione Iuris spalis uel scē Romane  
 ecclie aut quocunq; Iure uel titulo pro tempore preterito  
 presenti et futuro Camere aplice debitis et debiti recipi-  
 endi et exigendi ac recipi et exigi faciendi Contradictores  
 quoslibet uel inobedientes censuris ecclias ticas et alijs  
 compescendi remedijs oportunis Et generaliter cu illis  
 potestatibus et facultatibus quas bone memorie  
 franciscus Archiepiscopus Narbonen sancte Romane  
 ecclie Camerarius a felicis recordationis Martino

ppa quinto et alijs habuit dum ageret in humanis Licet  
etiam non specificè hic exprimantur. Mandans tibi in  
uirtute sanc<sup>te</sup> obedientie et sub penis juris quibus curam  
et regimen predic<sup>tum</sup> humeris tuis impositum reue  
renter suscipias ac diligenter et fideliter exequaris vtili  
tatem publicam tranquillam q<sup>ue</sup> et pacificam s<sup>tatum</sup>  
illius Ciuitatis et Comitatus sic procurare solite stu  
deas ipm<sup>q</sup> regimen et gubernationem pro modo tue sa  
pientie sic utiliter gerere ut apud deum eterne uite merita  
et apud mundum fama tua laudis et glorie suscipiat  
incrementum. Mandat insuper omnibus Officialibus  
Cuius Incolis et habitatoribus die<sup>te</sup> Ciuitatis et  
Comitatus Capitaneis necnon cast<sup>ros</sup> Castellans  
Balliuis et alijs Officialibus quibuscuq<sup>ue</sup> quous noie  
censeantur et alijs vniuersis quatin<sup>us</sup> tibi et per te depu  
tandis Officialibus ad regimen eor<sup>um</sup> dem et nulli alteri  
pareant obediant et intendant in omnibus et per omnia  
quæ admodum prefato Archiep<sup>o</sup> Narbonen<sup>si</sup> dum vixeret  
et pro ecclia Romana die<sup>te</sup> Ciuitatis et Comitatus  
regimen et gubernationem gerent faciebant et facere  
tenebantur quibuscuq<sup>ue</sup> promissionibus iuramentis  
obligationibus et alijs quibuscuq<sup>ue</sup> dispositionibus in  
contrariu<sup>m</sup> facientibus non obstantibus villo modo. hec  
nanq<sup>ue</sup> sanc<sup>ta</sup> Synodus omnium quor<sup>um</sup> cuq<sup>ue</sup> predictis  
obuiantium vni<sup>us</sup> et effectum putatum auctoritate  
suspendit. Et quicquid per te rite spiritualiter uel tem  
poraliter gest<sup>um</sup> ordinatum actum et sententiatum  
fuerit uel promissum hec sanc<sup>ta</sup> Synodus ratum et  
gratum habebit ac faciet auctoritate d<sup>omi</sup>ni inuolabili  
observari. Dat<sup>um</sup> in Sessione publica die<sup>te</sup> sacre  
Synodi celebrata in ecclia maiori Basilien<sup>si</sup> die Veneris  
Vicesimo mensis Junij Anno a Natiuitate domini  
Millesimoquadringentesimo tricesimo secundo

sessio quinta

I  
acrofanc<sup>ta</sup> generalis sinod<sup>us</sup>  
Basilien<sup>si</sup> in spiritu sc<sup>o</sup> legitime congregata

Vniuersalem ecclesiam reputans Considerans qd ipa inter  
 alia fructuosa opera ad hereses extirpandas et a fide  
 deuios ad eiusdem fidei orthodoxe vniouem reducendum  
 in spiritu sancto principaliter congregati diuoscitur.  
 et propterea constituit accomodum fore ymo necessarium  
 pro causis fidem concernentibus in hoc sacro Concilio tra-  
 ctandis et examinandis de personis idoneis prouidere  
 Et propter constituit et deputat Iudices ad audiendum  
 omnes et singulas causas fidem quomodolibet concer-  
 nentes venerabiles franciscanum papien Conradum Ra-  
 tissonen Epōs et dilectum ecclie filium Johannem Ab-  
 batem Cisterciē quibus in causis huiusmodi per de-  
 putatos ad hoc prius examinatis ipsiqz designatis et re-  
 missis dat potestatem in predic tis causis in hoc loco  
 Concilij et extra citandi et audiendi cognoscendi decidendi  
 et alia faciendi que ad dic tos causas pertinent et perti-  
 nebunt usqz ad diffinitiuam sententiam exclusiue et ut  
 eo facilius cause predic te suū debitum finem consequant  
 eadem sane ta Synodus ut ipi iudices predic ti aut duo  
 ex eis tertio scilicet tantis horis non ueniente terminos in  
 huiusmodi causis tunc occurrentes teneri et obseruari  
 facere et als sumarie simpliciter et de plano ac sine stre-  
 pitu et figura iudicij procedere ualeant constituit et  
 decreuit.

Item sane ta Synodus predic ti deputat et constituit  
 dilectum ecclie filium Nicolaum Amici licentiatum in  
 theologia in causis fidei premissis procuratorem generalem  
 hoc durante Concilio cum potestate substituendi de  
 consensu et auctoritate iudicium predic torum qui nul-  
 lam causam promoueat nisi prima per deputationē fidei  
 fuerit examinata et admissa.

Item dic ta sane ta Synodus ne inter ceteros uberes  
 fructus pro quibus procreandis sumopere desudat iusticia  
 indebite grauatis pro qua ad eandem confluit ministranda  
 deficiat aut ipsius executio plus debito negligatur volens  
 in premissis oportunis remedys prouidere constituit or-  
 dinat et deputat iudices seu Commissarios ad audiendum  
 omnes causas ad dāny scām synodum deuolutas seu de-  
 uolendas deduc tas seu deducendas causis concernentibz

II

III

Idem exceptis Venerabiles Berengarui petragoricen pe-  
trum Augusten prouincie Haguntine et dalphinum  
parmen. Epōs quibus in causis premissis per deputatos ad  
hoc prius examinatis ipisqz remissis et designatis dar po-  
testatem non obstantibus feris in die to loco Concilij  
et extra citandi et audiendi cognoscendi et referendi diffi-  
nendi et ad alia faciendi que ad die tas causas ptinent  
et pertinebunt. Et ut eo facilius cause seu negotia ad de-  
bitum finem perueniant eadem sacra Synodus ad tres uel  
duos ex ipis tertio statutis horis non ueniente termino  
in causis huiusmodi tunc occurrentibus tenere et obseruari  
facere et als secundum qualitatem causarz procedere ua-  
leant statuit et decernit. Causas tamen eccliaz cathedra-  
liū maioribus earzdem die te sacre Synodo reseruatis  
de quibus se non impediatis nisi de generalis congregationis  
patrum Suppositorz eiusdem etiam citra Sessionem pu-  
blicam cōmissione speciali Raticatqz nichilominus hec  
scā Synodus et approbat omēs cōmissiones quarz cūqz  
causaz etiam cathedraliū et maiorz sub quacūqz ptate  
in generali congregatione die tas iudicibus seu alijs Cō-  
missarijs hac tenus factas necnon processus exinde secu-  
tos et etiam in antea per eosdem continuandos.

Item ne iudices predicti quolibet causas ad hoc sacru  
Concilium delatas seu deferendas passim et indistincte  
importunitate petentium demerit audiendas recipiant  
sed potius de qualitate ipaz ratio habeatur hec sane ta  
Synodus constituit et deputat dilectos ecclie filios Julia-  
nū aplice sedis legatum sancti Angeli et dñicū scē  
Marie in via lata sacrosancte Romanē ecclie dyaconos  
Cardinales et quemlibet presidentem nūc et in futurum  
pro tempore existentem et uenerabilem franciscū Se-  
bennē Epū ac dilectū ecclie filium henricū fleckel  
palatij aplici causarz Auditorem die tarz causarz pre-  
cognitores dans et concedens Cūqz predictis uel  
maiori parti alijs se absentantibus uel non consentientibz  
potestatem causas huiusmodi primū diligenter exa-  
minandi et discernendi que aut quales illaz in hoc sacro  
Concilio tractari audiri cognosci decanter possint seu  
diffiniri debeant et quas tractandas seu in generali



Congregatione referendas aut abqz relatione premissa cognitione decidendas iudicauerint ad ipsos iudices remitte habeant designatis sub modificatione procedendi predicta Et nisi ad eos sic ut premittitur remisse fuerint de illis se non impediunt quouis modo

Item decreuit hec sancta Synodus qd post tres menses continuos a die publicationis computandos tam iudicium pro fide qua pro alijs causis predictis audiendis deputatoz pariter et precognitorz potestas finiatur. Sic tamen impute die generalis Congregationis in locum quoz libet predictoz etiam atra Sessionem publicam quos decreuerit deputare.

Item statuit et diffinit q nullus huic sacro Concilio per se uel procuratorem suum legitime admissum in corpore ratis etiam procurator ipse aut incorporandus infutur a tempore arrepta itineris sine fraude continuato animo ad hanc Basiliensem Synodum ueniendi pro quacumqz causa seu lite mora seu mouenda aut quouis alia occasione ad Romanam curiam seu coram quocumqz iudice Ordinario uel delegato extra locum Concilij illo durante inuitus trahi seu euocari aut contra ipsos inuitos aut aliquem eozdem procedi possit. Siquid uero in contrarium attemptatum fuerit quouis modo per quemcumqz quouis etiam summi pontificis auctoritate decreuit irritum et inane nulliusqz roboris existere uel momenti Nichilominus hec sancta Synodus offert se paratam de omnibus suppositis eiusdem aut aliquo eoz querelantibus seu actionem mouere uolentibus ministrare iusticie complementum

Item hec sancta Synodus deputat et constituit dilectum ecclesie filium henricum fleckel aplice palatii causarum Auditorem huius sacri Concilij iudicem et auditorem ordinariu dans et concedens eidem oem potestatem seu iurisdictionem quam in Romanam curiam de iure seu consuetudine exercet seu exercere habet aplice camere Auditor.

Item constituit et deputat dilectum ecclesie filium Titianum de Laude Soldanum cum potestate quam habet Soldanus Curie Romane.

Item de ceteris Officiarijs in hac sacra Synodo necessarijs

VI

VII

VIII

IX

ordinetur et disponatur in Congregatione generali et que  
cumq; ibidem super deputatione eorūdem Officialiū ac ta  
seu ordinata fuerint eiusdem firmitatis seu auctoritatis  
existant ac si facta fuissent in publica Sessione.

X.  
Item quia plures Notary et Scribe in eadem scilicet Synodo  
ad conscribenda ac ta eiusdem sunt necessary extra aliorū  
per ipsam sanctam Synodum in alijs Sessionibus deputa  
toz seu reuocationem magros Anselmū de gustardis de  
Blansato iuris canonici professorem. Erardum Roselli  
Georgium frey de Vilschouen Conradum Kuelen de dyce  
purg. et petrum de Miseto Clericos Vercellen Nouomen  
Paruinen Maguntin et placentin dioc. Notarios et  
Scribas eiusdem ordinar et deputat. Dat. Basilee in  
Sessione publica in ecclesia maiori sollemniter celebrata  
quarta Non Augusti. Anno a Natiuitate domini  
Millesimo quadringentesimo tricesimo secundo.

Quinto Idus

Sessione sexta.

anno domini millesimo quad

ringentesimo tricesimo secundo die Sabbati  
sexta mensis Septembris in nam ecclesie ma  
ioris Basiliensis ubi Sessiones celebrari solent celebrata  
fuit sexta huius sancte Synodi Sessio hoc modo videlicet  
missa sollemni de beata uirgine maria per Reuerendu  
in xpo patrem et dominum philibertum Episcopum Constantien  
provincie Rothomagen pro tempore huius sacri Con  
cily presidentem celebrata et demum suffragis antiphona  
Exaudi etc. lecturis euangelio secundum Lucam dixit  
ihesu discipulis suis. Qui uos odit me odit et qui uos  
spernit me spernit etc. ac hymno Veni creator spiritus  
cum versiculo et collecta de cantibus dno  
Legato placentino et firmiano Cardinalibus cum tri  
ginta duobus prelatibus in eorūdem iuris planis et plurima  
libus existentibus dno duce Wilhelmo protectore  
assistentibus venerabilibus viris magis Nicolaus amici  
et hugo Barardi promotores huius sacri Concily  
per organū die huius magis hugonis suam petitionem fe

cerunt in scriptis ut sequitur **R**euerendissimi patris et  
 vos alij domini mei presantissimi sacrosanctum generale  
 Concilium in spiritu sancto legitime congregatum cele  
 brantes ac vniuersalem ecclesiam representantes Cum ex  
 decreto tertie Sessionis huius sacri Concilij sanctissimus  
 dominus noster papa Eugenius cum omni reuerentia et instanciam  
 fuerit per viscera misericordie ihesu christi exhortatus requisi  
 tus et monitus quous piam dissolutionem huius sacri  
 Concilij defaculo reuocaret sicut defaculo processerat que  
 notorie vniuersalem ecclesiam scandalizat et populi xpiani  
 et ipam reuocationem que admodum et dissolutionem fe  
 cerat per diuersas mundi partes transmitteret et publica  
 ret ab omniqz impedimento dicti Concilij penitus desis  
 teret **Q**uoniam eidem ut debeat faueret et assisteret omnia  
 qz preberet subsidia et auxilia oportuna necnon infra triu  
 mensium spacium peremptorie prefixum et assignatum si  
 corporalis ipius dispositio patereat personaliter ueniret  
 Sin autem personam uel personas locum uice sui destina  
 ret et transmitteret cum plenaria potestate ad omnia et sin  
 gula in hoc Concilio peragenda usqz ad totalem conclusio  
 nem ipius per omnes et singulos actus gradatim et successi  
 ue **E**t dictus dominus Eugenius papa quartus ea super quibus  
 monitus fuit facere non curauerit Sed in sua pia dis  
 solutione perseuerauerit et etiam perseueret ac omnem  
 perturbationem et eersionem huius sacri Concilij mul  
 tipliciter molliat nec infra terminum prefixum uenerit  
 aut inserit Idcirco nos promotores huius sacri Concilij  
 producentes memoratum decretum monitionis et Cita  
 tionis ac executionem litem et debitam petimus suppli  
 camus instancissime et requirimus dictum dominum papam  
 Eugenium quartum per hanc sanctam Synodum decerni et  
 declarari contumacem in predictis atqz ad ulteriora debi  
 te procedi prout necessitates ecclesie dei exigunt et requi  
 runt ac prout est iuris diuini pariter et humani **D**e  
 inde productis per eos monitione et Citatione contra  
 dominum nostrum papam Eugenium modernum et dominos Cardinales  
 cum duobus instrumentis Executionis eiusdem atqz  
 petito et instanter requisito per sacrosanctum Concilium pre  
 fatum dominum nostrum papam contumacem reputari et ad

ulteriora procedi dñs dñs Epus Constantien presidens  
de mandato Concilij inuixit Reuerendissimis in xpo pri-  
bus et dñs petragoricen et Ratisponen Epis ut interroga-  
rent si dñs nr̄ p̄pa uel aliquis pro eo p̄tatem uel mandatum  
sufficiens habens esset in dea Sessione se p̄taret. Qui-  
quidem domini Ambo Ep̄i uidelicet petragoricen et Ra-  
tisponen primo super gradus ante altare dicte Sessionis  
ter eundem dñm nr̄m p̄pam uocarunt alta et intelligibili  
uoce sub hys uerbis. Est ne hic aliquis pro dño Eugenio p̄pa  
quarto cum legitima potestate cuius contumacia nunc  
accusata est compareat in hac Sessione publica similiter  
hoc idem fecerunt ter ante manus portale eiusdem ecclesie  
Et deinde facta relatione per eosdem dños Ep̄os dño Ep̄o  
presidenti qđ neminem pro prefato dño nr̄o p̄pa repeterunt  
accesserunt ad dicte tam Sessionem Nuntij et Oratores  
ipius dñi nr̄i p̄pe uidelicet dñi Tarentinus et Colocen  
Archiep̄i Ep̄us Magalonen et dñs Anthoninus de sc̄o uito  
sacri palatii causarum Auditor et ipis sedentibus in eadem  
iuxta dñm ducem protectorem. Diebus uero magr  
hugo alter promotorum trina uoce alio sibi assistente ai-  
mstantia petijt ab eisdem dñis Nuncijs et Oratoribus  
an haberent aliquod mandatum uel p̄tatem a dño nr̄o p̄pa  
Eugenio quarto. Qui responderunt qđ erant simplices  
Nuntij et Oratores dñi nr̄i p̄pe. Et tunc ip̄e promotor  
attento qđ dicte Oratores nullam faciebant fidem de  
mandato nomine Concilij protestatus est de nullitate  
actuum et agendorum per eosdem. hys itaqz peractis  
dñs Magalonen Ep̄us alter diebus nuntiorum nar-  
rauit se als in principio sui aduentus has credenciales  
dñis hic in Basilea congregatis exhibuisse et p̄tasse  
et qđ illa que dicere intendebant in eorum credencialibus conti-  
nebantur. Demum dñs Archiep̄us Tarentinus ibidem fecit  
quandam supplicationem exhortatoriam sumens pro rhe-  
mate. Obsecro uos in dño ut digne ambuletis uocatione  
qua uocati estis etc. supplicando iterum qđ pro bono  
et utilitate ecclie sancte dei et ad euitandum scandala  
domini dignarentur supersedere in negotio processus  
contra dñm nr̄m p̄pam et Cardinales. Quia requisi-  
tione facta et habita inter dños aliquali deliberatione dñs

26

presidens eisdem dñis Oratoribus respondit qđ super pro-  
positis per promotorem Concilij et per eosdem dños peti-  
tis dñi de sacro Concilio deliberarent et tantum facerent  
qđ totus mūdus merito de Concilio predicto deberet con-  
tentari. Et tunc Collocen Archieps de huius gratiosa re-  
sponsione regratiatus est. Et hys sic peractis dñi Ora-  
tores et Nuncij predicti a loco publice Sessionis recesserunt  
et se absentarunt. Et demū promotores Concilij predicti  
per organū magri hugonis prout supra contumaciā dñoz  
Cardinalium accusarunt ut in cedula quā in suis tenebat  
manibus continetur videlicet. Item consimili modo accusa-  
mus contumacias Reuerendissimoz dñoz Cardina-  
lium qui vigore diei decreti moniti et citati fuerunt  
procedi petentes ad ulteriora ut supra Jordanus Epi Sa-  
biniensis de vrsinis uulgariter nominat. Anthony Epi  
Ostien. Bononiensis uulgariter nominat. hugonis Epi  
Penes. trin. de Cypro uulgariter nominat. petri t. sancti  
Stephani de Celsumonte pbr. Cardinalis de fuxo. Johis  
t. sancti Laurentij in Lucina pbr. Cardinalis Rocho-  
magens. Ludouici t. sancte Cecelie pbr. Cardinalis A-  
relatens. Henrici sancti Eusebii pbr. Cardinalis de An-  
ghia Anthony t. sancti Marcelli pbr. Cardinalis. Dñici  
t. sancti Petri et Pauli pbr. Cardinalis Iher-  
solen. Johannis t. sancti Petri ad uincula pbr. Cardi-  
nalis. Johannis t. sancti Sixti pbr. Cardinalis Wil-  
helmi sancte Anastasie pbr. Cardinalis de monte  
forti. Angeloti t. sancti Marci pbr. Cardinalis. Fran-  
cischi t. sancti Clementis pbr. Cardinalis venetiar.  
Alfonsi sancti Eustachii dyaconi Cardinalis. Luca-  
di t. sancte Marie in Cosmedin dyaconi Cardinalis  
de Comite. Ardeui sancti Cosme et damiani Dya-  
coni Cardinalis Nouariensis. Prosperi sancti Georgij  
ad uelum aureum dyaconi Cardinalis de Columna.

Tunc vero diei dñi petragoricensis et Ratisponen-  
de mandato sacri Concilij ut supra ante altare ter et  
ante ualuas ecclie etiam ter eosdem dños Cardinales  
aut aliquos pro ipis uocauerunt. Et facta eoz relacōne  
de premissis qđ neminem inueniunt dñs Auditor  
dñi Cardinalis legati surrexit in mediū dixit qđ para-

tum se offererebat exhibere mandatum sufficiens coram  
 dn̄s a Concilio deputandis pro Quinq; dn̄s Cardi  
 nalibus uocatis videlicet dn̄s de Cypro Rothomagen  
 Arelaten; sanc̄ti Sixti et de monte forti. Similiter al  
 legare causas rationabiles propter quas dn̄s ylerden qui  
 iam habitus est in congregatione generali excusatus  
 necnon sanc̄ti petri ad uincula sanc̄ti Eustachy de furo  
 et de Augha Cardinales merito pro excusans habebunt<sup>2</sup>  
 preterea maḡi Symon de valle et Johannes de Ragusio  
 ordinis predicatorū pro et nomine dn̄i Cardinalis Bo  
 nonien; dixerunt se habere mandatum sufficiens et obtule  
 runt se coram eisdem dn̄s deputatis producere uelle. Si  
 militer maḡi Laurentius de Rotella obtulit se rationa  
 bilibus de causis excusaturum dn̄m Cardinalem de Colina  
 Et tandem Concilium per organū dn̄i presidentis deputa  
 uit dn̄os frisingen; et Bellicē Ep̄os qui uiderent et exa  
 minarent producta per promotores et petita. Necnon  
 mandata dn̄oz Cardinaliū ac huius excusationes au  
 dirent et omnia Concilio referrent. De quibus omnibus et  
 singulis premissis prefati promotores nomine Concilij  
 peccerunt et quilibet eoz petijt ad perpetuam rei memo  
 riam sibi fieri a nobis Notarijs et alijs unū uel plura In  
 strumentum et instrumenta.

### Sessio Septima

**actofanc̄ta generalis syno**  
**odus Basiliē zc̄** Ad perpetuam rei me  
 moriam. Dudum hec sancta Synodus  
 super electione Roman̄ pontificis in ca  
 su vacationis sedis aplice hoc sacro du  
 rante Concilio decretum edidit huiusmodi sub tenore.  
 Ad prouidentie spectat officium perspicaci consideracoe  
 futura prospicere zc̄. ut ad longum continetur et de uerbo  
 ad uerbum in quarta Sessione zc̄. Cum autem ex eodem  
 decreto apud aliquos orta sit dubitationis occasio ne  
 tempus decem dierū ad intrandum conclave prescriptū  
 sancte Roman̄ ecclie Cardinalibus per constitucōm

editam in generali Concilio Lugdunen saltem a tempore  
 note vacationis in loco huius Concilij curreret et artaret  
 quod nimis rigidum uideatur et terminus nimis breuis  
 propter multos ex eisdem Cardinalibus qui a loco ipsius  
 Concilij esse possent in remotis locis absentes. hec sancta  
 Synodus cupiens omnem dubitationis materiam amputa-  
 re et ad ea que ad pacem et unitatem sancte dei ecclesie acco-  
 moda sunt uigilanti studio providere Et cum in hys qua  
 in omnibus qui fidei catholice exaltationem generalemque  
 reformationem et pacem populi xpiani concernere dimos-  
 cuntur pro quibus est in spiritu sancto l'ime congregati-  
 onis omni modestia debitaque maturitate procedi p'ntis  
 decreti tenore decernit qd' in casu vacationis sedis aplice  
 presentis durante Concilio ante lx. dies a die vacationis  
 continue computandos ad Electionem Romani ponti-  
 ficis minime procedatur.

Statuit quoque hec sancta Synodus qd' de beneficijs  
 Cardinalium qui contra preinsertum decretum aliquid pre-  
 sumpserit attemptare statim per eos ad quos de iure coi-  
 spectat libere disponi per viam collationis presentationis  
 electionis seu cuiuslibet alterius provisionis etiam si es-  
 sent ecclesie metropolitane cathedrales aut alia quecumque bene-  
 ficia quocumque nomine censeantur que in titulum uel co-  
 mendam a predictis Cardinalibus tenentur Reserva-  
 tionibus aplicis specialibus aut generalibus et alijs incon-  
 trarij facientibus minime obstantibus. Dat. in  
 Sessione publica eiusdem sancte Synodi in ecclesia maio-  
 ri Basiliensi sollempniter celebrata viij. Id. Novembris  
 Anno a Natiuitate domini Millesimoquadringentesi-  
 mo octuagesimo secundo.

sessio Octava.

## Sacrosancta generalis synodus

Basiliensi et vniuersalem ecclesiam representans  
 Cum iam dudum de mense Aprilis in huius  
 sacri Concilij Sessione sollempni editum et  
 publicatum fuerit decretum huius seriei. Sacrosancta. etc.

Olim ꝛc Quodquidem uocationis decreti debite extiterit  
executum et in termino constituto sollemni Sessione ce  
lebrata sexta die mensis Septembris per promotores  
huius sacri Concilii fuerit ipius dñi ipse et Cardinalium  
absentium contumacia debite accusata Ambasiatoribus  
ipius summi pontificis tunc in hac Ciuitate personaliter  
constitutus Quinque Ambasiatores ad locum ipius  
Sessionis uenientes magno precibus a die to sacro Con  
cilio petierunt in procedendo contra dictum dñm Eugenium  
ppam et Cardinales supersedere et licet secundum iuris  
ordinem attenda magna die to domini Eugenio et deorf  
Cardinalium contumacia et multis supplicationibus et  
instantiis in die to decreto memoratis procedendum  
fuisse ad declarandum ipos esse contumaces et alia iuris  
remedia oportuna uolens tamen agere cum omni mansue  
tudine et lenitate et si forte resipiscerent expectare  
maxime attendens qd' carissimus ecclie filius Romanus  
Rex Illustris et fidelis ecclie Aduocatus iugiter apud  
ipm dñm Eugenium et Cardinales instabat Ambasiatoribus  
lris et tractantibus usq; in presens supersedit ab ulterius  
procedendo Cum autem a die de accusacionis contrarietate  
sint lapsi tres menses et ultra et etiam a die sue pñse dis  
solutionis annus effluerat Ipse q; dñs Eugenius moni  
tionibus supradictis sane te matris ecclie renuat obedire  
Sed in sua pñsa dissolutione huius sacri Concilii perseue  
ret ipm euertere et disperdere uariis modis fatuens et  
aliam congregationem sub nomine generalis Concilii  
inducere in graue scandalum et damnum totius ecclie bo  
niq; publica perturbationem et decretorū sacri Constant  
Concilii contemptum et euersionem ac etiam fidei  
catholice detrimentum Cum hoc sacrum Concilium ad extir  
pationem heresum per dei gratiam sollicitudinem et opam  
prebuerit et prebeat ex qua fructus optimus in pñima  
dispositione uidetur Idcirco ad omnem superhabundantem  
cautelam suiq; omnem mansuetudinem et grauitatem  
ostendendum Et ipm dñm Eugenium ppam in magis ma  
nifesta contumacia constitutum eundem per uisce  
ra misericordie ihu xpi et sub obestratione diuini iudicii  
admonet exhortatur et eidem ex parte omnipotentis dei



precipit atqz mandat quatenus infra lx. dies ab hac die  
 p̄ntisqz decreti in ualuis ecclie Basiliens̄ affixione continue  
 subsequentes diebus p̄ntis dissolutionem et conuocationem  
 congregationis sub nomine generalis Concilij publice re-  
 uocet et hunc sacro concilio etiam pure et simpliciter adhe-  
 reat realiter et cum effectū. Et deinde cetera in preinserto de-  
 creto contenta adimpleat cum effectū. Alioquin si infra pre-  
 dictum terminū predictas p̄ntis dissolutionem et re-  
 uocationem non reuocauerit publice et ip̄i sacro Concilio  
 pure et simpliciter ut premittitur non adheserit dicta sc̄a  
 Synodus absqz ulteriori monitione requisitione uocacōe  
 seu citatione contra ip̄m super premissis et omnibus alijs  
 in Concilio peragendis usqz ad finem debitum meliusne  
 procedet prout spiritus sanctus die tauerit et tam de iure  
 diuino quā humano fuerit procedendum. Adiciens qd̄ si  
 diebus d̄nis Eugenius p̄pa premissis parere contempserit  
 et diebus termino lx. diebus p̄pendente aliquas promo-  
 ones fecit ad archidrales ecclias uel ecclias dignita-  
 tes uel ad alia quecuqz beneficia uel officia in fomentū  
 die sue p̄ntis dissolutionis et enervationem diminutio-  
 nem seu impedimentum huius sacri Concilij de quo ip̄ius  
 sacri Concilij arbitrio iudicabitur an facte fuerint in  
 fomentum tales promotiones hec sc̄a Synodus cessat  
 irritat et annullat. Mandat preterea in uirtute sancte  
 obediencie et sub pena priuationis quā ip̄o fec̄o incurrant  
 omnium suozqz beneficiorqz et officiorqz cōmendarqz pen-  
 sionū et gratiarqz quarqz aiqz etiam expectantiarqz  
 omnibus et singulis sancte Romane ecclie Cardinalibz  
 Patriarchis Archiepis et ab alijs eccliarqz prelatibz Offi-  
 ciarijs Curie et clericis quibuscuqz in Romanā curia  
 existentibus cuiuscūqz status et conditionis existat  
 quatenus in casu predicto post lapsum diei termini in-  
 fra viginti dies proximos et immediate sequentes a curia  
 Romana recedant. Et deinde Cardinales oīno sub pena  
 predicta ad hoc sacrum Conciliū omni mora postposita  
 ueniant Patriarche uero Archiepi Epi et alij eccliaſtica  
 prout de iure uel consuetudine qui ad generale conciliū  
 ire tenentur sub penis iuris iuris sui sine fraude conti-  
 nuando ad hoc sacrum Conciliū ueniant Reliqui uero

qui ad generale Conciliū non tenentur uenire ad residen-  
dum et deo seruendum in proprijs beneficijs uel ad hoc sa-  
crum generale Conciliū sine more dispendio et omni fraude  
cessante se transferant et accedant. Decernit tandem hec sacra  
Synodus huius decreti publicationem in p̄nti Sessione sacra  
eius affixionem in ualuis maioris ecclie Basilien habere  
vni monitionis Citationis et executionis et ita vniuersos  
artare ac si personaliter apprehensi et eis intimati fuisset  
Insuper prout in prioris monitionis edic̄to continetur  
hec sancta Synodus declarat et protestatur qd̄ nichilo-  
minus huic dilacione sexaginta dies p̄pendente cum  
id rerum necessitas suadeat et qualitas agendorū in ulte-  
riori prosecutione Concilij et agendorū in eo procedere  
intendit ordinare debite et mature nec propterea super sedē  
aliqua in processu. Dat̄ in Sessione publica eiusdem  
sancte Synodi celebrata in maiori ecclia Basilien xv.  
kl̄. January. Anno a Natiuitate domini millesimo  
quadringentesimo tricesimo secundo.

I

Sicut vnica est et ecclia sancta catholica xp̄i ipsius  
sponsa dicente. Vna est et columba mea dilecta  
mea et fidei articulo hoc proficente cū vnitas  
diuisionem non capiat sic esse non potest nisi vnicum ge-  
nerale Conciliū ipam sanctam eccliam catholicam repr̄sentans.  
Cum ergo in hac Ciuitate Basilien decretis sacrorū  
Conciliorū generalium Constantien et Senen et du-  
orū Romanorū approbatione pontificum scilicet  
felix recordationis Martini quinti et Eugenij quarti  
generale Conciliū institutum et stabilitum sit et  
in spiritu sancto legitime congregatum isto durante  
Concilio const̄t aliud generale Conciliū alibi esse nō  
posse. Quicūq; igitur hoc sacro durante Concilio alia  
Congregationem sub nomine generalis Concilij erigē  
aut facere presumpserit non catholice ecclie Conciliū  
sed schismaticorū conuenticulū erigere aut facē conuēit.  
Ideo hec sancta Synodus omēs xp̄i fideles cuiuscūq;  
status aut dignitatis etiam si p̄p̄alis Imperialis aut  
regalis exist̄t sub obres̄tatione diuini iudicij quod  
in ore dathan et abiron auctoribus schismaticis

Scriptura sacra commemorat admonet et hortatur et in vir-  
tute sancte obediencie et penis contra schismaticos a iure  
indictis districte precipit et mandat ne hoc sacro du-  
rante Concilio aliam congregationem sub nomine gene-  
ralis Concilii que reuera non esset Concilii facere aut  
congregare nec ad ipsam tanquam ad generale Concilium  
etiam pretextu cuiuscumque promissionis uel iuramenti  
accedere aut interesse aut recurrere quoquo modo neque  
pro Concilio generali habere reputare aut etiam nominare  
presumat etiam si iudicium pretendatur siue in futurum  
iudicii attemptetur. Si uero uero persona ecclesiastica  
etiam si sancte Romanæ ecclesie Cardinalis aut alia que  
cuiuscumque gradus status aut conditionis existat  
Bononiam uel ad aliquem locum sub nomine Concilii  
generalis isto durante presumat accedere uel ibi manere  
sententiam excommunicationis et priuationis omnium dig-  
nitatum beneficiorum et officiorum ac inhabilitationis  
ad ipsa incurrant ipso facto. Et de dignitatibus beneficiis  
et officiis talium per eos ad quos de iure spectat etiam si Ca-  
thedrales uel metropolitane ecclesie fuerint libere disponat.

ambitiosorum accensa cupiditas non contenta de  
acceptis beneficiis gratias non agere et humanita-  
tis in se uita uiolare interdum adeo exardescit ut eos qui  
credita sibi officia diligenter obseruant et ita cuncta agunt  
ut omni laude sunt digni subuertere moliantur et a suis de-  
icere beneficiis cum tamen pro eorum bonis ac rebus  
ut extollerentur amplius dignum esset. Ideo opus est iuris  
prouidere remedijs ut tuta sit inter improbos innocencia  
et in ipsis improbis formidato supplicio refrenetur auda-  
cia et nocendi facultas. Quisquis igitur tante ambi-  
tionis fuerit ut etiam cathedralem dignitatem officium  
aut beneficiam pensionem uel commendam aliamque ex in-  
corporatis seu incorporandis postquam fuerint incorpo-  
rati seu adherentibus huic sacro Concilio attemptauit  
a Romano pontifice uel quouis alio impetrare aut etiam  
acceptare etiam si motu proprio conferatur Non solum  
iure quod in tali ecclesia dignitate officio seu beneficio ha-  
bere pretendit. Sed etiam omnibus beneficiis sit ipso iure

//

privatus et ad obtinendum infuturum inhabilis. Siqui  
vero ante huiusmodi editionem decreti tales impetrationes  
aut acceptationes habuerint careant gratis etiam motu  
proprio concessis.

111.

eterum cum ad noticiam huius sacre Synodi fidedig-  
norum sit relatione deductum quod diebus dominis Eui-  
genius papa super alienandis nonnullis Civitatibus Cas-  
tris et terris ecclesie Romane et aliarum ecclesiarum habuit  
et habet diversos variosque tractatus. Quosdam aliena-  
tiones in fomentum diei tempore huius sacre Synodi dis-  
solutionis et ipsius Concilii enervationem fieri molliunt  
et in damnum et iacturam patrimonii beati petri aliarum  
que ecclesiarum cederent manifeste. Idcirco et alias ex bonis  
et iustis causis que ad hoc cuiuslibet recte sentientis  
animi inducere debent. hec sancta Synodus eidem domino  
Eugenio omne alienationis infundationis et impignora-  
tionis genus bonorum immobilium et etiam preciosorum  
mobilium et iurium ecclesie Romane et aliarum ecclesiarum  
quarum cumque necnon auctorizationem alienationem bo-  
norum immobilium et iurium aliarum ecclesiarum omniumque in-  
dicationem seu impositionem novarum gabeliarum et aliorum  
onerum in aliqua urbe Romana et alijs terris ecclesie  
Romane necnon impositionem cuiuscumque gravaminis  
seu subsidij sub nomine decime seu quocumque alio nomine  
conferantur penitus interdicit. omniumque alienationes in-  
fundationes impignorationes de eisdem bonis immobilibus  
et iuribus ecclesie Romane et aliarum ecclesiarum et aucto-  
rizationem huiusmodi per diebus dominis Eugenium  
factas et fiendas ac gabelas et alia onera per eundem  
dominum Eugenium impositas et imposita cassat revocat ir-  
ritat et annullat adeo ut nec ius aliquod tribuant  
nec prescribendi etiam causam parant. Dat. ut supra.

Sessio Nona.

**acrofancta generalis synodus**

Basilien in spiritu sancto legitime congre-  
gata uniuersalem ecclesiam representans

Ad perpetuam rei memoriam. Inter iusticie opera nullius inquit dignius esse constat quam eos qui vniuersalis ecclesie utilitate sollicitudinis studia utilesque labores impendunt ipsius ecclesie munere presidys aduersus ea presertim incommoda que in eos pro impensis ecclesie dei obsequijs moluntur. Cum itaque carissimus ecclesie filius et eiusdem fidelissimus Aduocatus Sigismundus Romanorumque vngarie Bohemie etc. Rex. pro vniuersalis ecclesie utilitate huius sacri Concilij generalis ipsam reputantis protectionem in se suscipiens ipsaque constanter adherens sue laudabilis sollicitudinis studiis virtuosisque laboribus tam cum domino Eugenio papa quarto ut attemptatam dissolutionem ipsius Concilij reuocando ipsi Concilio adhereret quam etiam cum christianitatis principibus et prelatibus dominisque et Communitatibus ipsius sacri Concilij fauorem et augmentum studuerit et studeat multifarie prouidere. Idcirco digne gratitudinis vicem rependens. hec sane Synodus eundem sub specialis sue protectionis munimine suscipit necnon quoscumque processus etiam priuationem Regnorumque prouinciarumque dominiorumque honorumque et quorumlibet dignitatum forsan contingentes contra prefatum Romanorumque Regem factos aut etiam sub censuris et penis ecclesiasticis aut alijs quibuscumque per ipsum dominum Eugenium papam aut alium eius nomine prolatos uel impositos quouis modo faciendos aut etiam proferendos auctoritate omnipotentis dei cassat irritat et annullat ac si de cetero attemptentur fieri nunc protunc cassos et nullos esse decernit ac nullius existeret roboris uel momenti vniuersis autem christi fidelibus etiam sub pena late sententie excommunicationis et priuationis dignitatis cuiuscumque ecclesiastice uel mundane interdicit ne quisquam ipsi domino Eugenio pape aut alteri eius nomine circa processus huiusmodi factos uel fiendos aut eorum executionem quouis modo obedire uel parere presumat quinimo prefato regi quilibet obediat et parere teneatur sicut prius de iure tenebatur ac si dicti processus nunquam emanassent uel etiam emanarent.

Et insuper pari modo quoslibet processus per prefatum

Dnm Eugenii ppam aut aliū eius nomine cont<sup>r</sup> quali  
 bet alias personas cuiusvis status gradus p<sup>r</sup>eminentie  
 et honoris extiterint. Etiam si Regali Reginali Ducali  
 aut alia quavis prefulgeant dignitate et presertim cont<sup>r</sup>  
 dilam ecclie filii Mobilem virum wilhelmū ducem Ba  
 uarie huius sacri Concilij nomine prefata Regis Ro  
 manoz<sup>q</sup> prote<sup>c</sup> torem necnon Ciuitates vniuersi  
 tates quaz<sup>q</sup> cumq<sup>z</sup> Ciuitatum et terraz<sup>q</sup> et maxie  
 Romane ecclie mediate uel immediate subiectas Vica  
 rios quoq<sup>z</sup> Rec<sup>to</sup>res gentiū armigeroz<sup>q</sup> Capitane  
 os Officiales et singulares personas eoz<sup>q</sup>dem hunc scē  
 Synodo adherentes factos et prolatos uel impos<sup>it</sup>os<sup>q</sup>  
 faciendos aut preferendos etiam contra similes perso  
 nas Ciuitates et vniuersitates que in futurum adhe  
 rebunt postquā adhesionem hec sancta Synodus cassat  
 irritat et annullat. Et si in futurū fieri attemptaret<sup>ur</sup>  
 nunc protine cassos et nullos esse decernit et nullius  
 existere roboris uel momenti. Vniuersis quoq<sup>z</sup> xpi  
 fidelibus etiam sub simili pena late sententie excomu  
 nicationis et priuationis dignitatis cuiuslibet eccliesi  
 astice uel mundane interdicat ne quisquam ipi dno  
 Eugenio p<sup>r</sup>pe aut alteri eius nomine circa processus  
 huius factos uel fiendos aut eoz<sup>q</sup> executionem quo  
 uis modo obedire uel parere presumat. Dat. Basilee  
 in sessione publica in ecclia maiori Basiliensi sollem  
 niter celebrata xi. kl. februarii. Anno a natiuitate  
 dñi. millesimo quadringentesimo tricesimo tercio

Sessio decima 2

L

**actosanc<sup>ta</sup> ꝛc Ad perpetua**

rei memoriam. pridem in Octaua

Sessione huius sacri Concilij in decreto

Citationis dñi Eugenij p<sup>r</sup>pe quarta clau.

sula quedam infra scripti tenoris adiec<sup>ta</sup> fuit videlz  
 Adiciens qd si diebus dñs Eugenius p<sup>r</sup>pe premissis  
 parere contempserit et die hoc tempore sexaginta  
 diez<sup>q</sup> p<sup>r</sup>pendente aliquas promotiones fecerit ad ecclias

Cathedrales uel eccliaſias ſuas dignitates uel alia quecuq;  
 qz beneficia uel officia in ſoluentum dicte ſue pñſe diſſo-  
 lutionis et eneruationem diminutionem ſeu impedi-  
 mentum huius ſacri Concilij de quo ipſius ſacri Con-  
 cilij arbitrio iudicabitur an facte fuerint in ſoluentum  
 tales promotiones hec ſane ſa Synodus caſſat irritat et  
 annullat. hanc autem clauſulam protutione huius  
 ſacri Concilij et perſonarū eidem adherentium hec ſa  
 Synodus extendit et vires habere uult uſqzquo per  
 ipſam ſane ſam Synodum ſuper hoc fuerit aliter ordi-  
 natum.

Ex eadem etiam cauſa decretū illud quod incipit Am-  
 bitioſorū in eadem ſeſſione promulgatum hec ſane ſa  
 Synodus extendit ad perſonas Collegiorū Capitulorū  
 ayonaz teriorū et Conuentuum ſeu alſ quacūqz que  
 aliquem admittere ſeu recipere preſumpſerint ad poſ-  
 ſeſſionem dignitatum beneficiorū uel officiorū et per-  
 ſonarū que in dicto decreto exprimitur.

//

Deinde predicte decretis pronūciatis promotores ſa-  
 cri Concilij per organiū Officialis Baſilienſis alterius uſqz  
 promotorū accuſauerunt contumacia dñi nri ipe Eu-  
 genui quarti prout in adula continetur Cuius tenor  
 ſequitur et eſt talis.

///

Reuerendiſſim Reuerendiqz prēs Cum iam dudū  
 de menſe Aprilis proximo preterito in publica ſeſſione  
 hec ſane ſa Synodus exoraſſet monuiſſet et debite au-  
 omi inſtancia humiliter requiſiſſet dñm Eugeniū  
 ppam quartū ut illam ſua pñſam diſſolutionem huius  
 ſacri Concilij alſ per ipſum factam ſicut de ſcō pceſſerat  
 de facto etiam reuocare deberet et ipſam reuocationem  
 et que admodum et diſſolutionem huius pñſam per di-  
 uerſas mundi partes tranſmitteret et publicaret ac  
 ipſo ſacro Concilio Baſilienſi ſicut tenebatur aſſiſteret  
 fauoribus oportunis fuerit quoqz ſtatutus exinde ſibi  
 terminis quatuor menſium ad ueniendū perſonaliter  
 uel alias perſonas idoneas mittendū ad hoc ſacrum con-  
 cilium cum plena pñte ad omnia et ſingula peragenda in  
 ipſo ſacro Concilio prout hec ſacius in decretis ipſius ſacri  
 Synodi continentur. Et die ſuo termino quatuor men-

sum adueniente fuerit per nos sepe die te sacre synodi pro  
curatores et promotores ac nomine eiusdem coram vris  
Reuerendissimis p̄nitibus ipsius dñi Eugeny nullat̄s  
in premissis parentis contumacia debite accusata petitiq̄  
ip̄m contumaciam declarari. Et licet tunc sacra Synodus  
solita utens mansuetudine huic nram petitionem non  
spreuerit neq̄ contumacia petitiū declarauerit. P̄ducta  
tamen nra assumens inter loquendū se deliberare uelle de  
creuit. Quequidem deliberatio per tres menses exinde sub  
sequentes perdurauit per quos hec sancta Synodus ad  
omne eius grauitatem et mansuetudinem in procedendo  
clare ostendendum ip̄o dño Eugenio expectato si forte  
resipisceret in premissis, nec tamen adhuc parente die  
decimo octaua mensis decembris proxime preteriti in  
publica Sessione cum adhuc uideret prefatum dñm Eu  
geniū in priori sua contumacia perdurare et etiam qd̄  
longe deterius erat hoc sacrum Conciliū subuertere varijs  
modis satagere, nec non quandam Congregationem sub  
nomine generalis Concilij in preiudiciū et euersionem  
huius sacre Synodi iudicare ip̄m per sui solenne decretum  
iterato ad superhabundantem cautelam et ut in magis  
manifesta constitueretur contumacia om̄i cū reueren  
tia admonuit exhortata est ac eidem ex parte omnipo  
tentis dei precepit atq̄ mandauit qūs infra lx̄ dies  
ad dicta die xvij. mensis decembris subsequentes pre  
dictas p̄sumptas dissolutionem et conuocationem Congre  
gationis sub nomine Concilij generalis publice reuo  
catur huiusq̄ sacro Concilio publice pure et simpliciter  
adhereret realiter et cum effectū. Alioquin hec sac̄ Synodus  
absq̄ ulteriori mentione seu Citatione contra ip̄m sup  
premissis et omnibus alijs in ip̄o sacro Concilio peragendis  
usq̄ ad finem debitum meliusue procederet prout sp̄s  
sac̄s dictaret et tam de iure diuino quā humano foret  
procedendum. Verum Reuerendissimi Reuerendiq̄  
p̄res et dñi cum prefatus dñs Eugenus dictis lx̄ dieb̄  
iam elapsis pro ultimo et peremptorio termino sibi quo  
ad premissa assignatis circa omnia et singula sibi per  
hanc sacram Synodum ut est p̄missum precepta et  
mandata negligentem se reddiderit et nime paruerit



ymo in eius priori contumacia quod dolenter referimus  
 adhuc perseveret et perduret: Nos igitur magr. hugo  
 et ego promotores et procuratores predi ad probationem  
 et iustificacionem omnium et singulorum premissorum  
 pridie in congregatione generali in domo predicatorum  
 decimasepima mensis huius habita producentes et re-  
 petentes omnia et singula instrumenta decreta ac  
 acta et munimenta in premissis facientia et max-  
 ime prime monitionis et requisitionis cum executione  
 eorumdem debite facta necnon eiusdem dni Eugeny con-  
 tumaciam alio accusatum ac decretum huius secunde  
 Citacionis cum eius debita publicatione et executione  
 prout hec omnia latius apud acta huius sancte synodi  
 sunt conscripta prefati dni ppe contumacia accusaveri-  
 mus debita cum instantia requirentes ut eundem vre  
 Reverendissime pntates pro contumacia hre vellent  
 et reputari contraqz eundem super premissis et omnibus  
 in hoc sacro Concilio peragendis usqz ad finem debitum  
 inclusive sine ulteriori <sup>absolutione</sup> executione prout spiritus sa-  
 die taret procedere necnon certum diem pro Sessione pu-  
 blica habenda ad huiusmodi contumacia sollempniter ac-  
 cusandum deputare et locum congregationis generalis  
 fore habitum pro huiusmodi contumacie accusate decla-  
 rare dignarentur, vreqz reverendissime pntates post  
 nonnullas deliberaciones dictum locum Congregationis  
 ad hoc habitum et idoneum ad premissa decernentes et  
 declarantes pro premissa contumacia per nos accusandi  
 hanc diem necnon ad Sessionem publicam pntem nobis  
 misericorditer statuere et assignare decrevisit prout  
 hec omnia supradictis actis huius sacri Concilii plenius  
 continentur ad que quo ad hoc nos referimus. Unde re-  
 verendissimi reverendi qz pres et dni iuxta predictam  
 Sessionis publicae assignacionem nobis ut prefertur gra-  
 tiosius concessam. Nos predi promotores iterato cum ea  
 qua possumus et debemus instantia apud reverendissimas  
 duaciones vras et coram hoc sacro Concilio prefati dni  
 Eugeny ppe super omnibus et singulis in dictis Citacione  
 decretis contentis contumacia accusamus petentes et  
 cum eadem instantia requirentes ut reverendissime

primitates v're prout in hinc suadet et ordo Juris postulat  
et rationis declarent ipm dnm Eugenium in premissis con-  
tumacem ac pro tali eum habeant et reputent. Et insuper  
contm ipm super premissis et omnibus alijs in hoc sacro  
Concilio peragendis usqz ad finem debitum inclusive sine  
ulteriori Citatione prout spiritus sanctus die Tauerit  
et de iure diuino pariter et humano fuerit procedendum  
procedi ac prout in huius sacre Synodi decretis plenius  
continetur.

Quasiquidem contumacia sicut presertim in scriptis  
accusata Reuerendissimus pater dñs Cardinalis legatus  
pro et nomine Concilij in iunxit reuerendis patribus  
dñis Vtiacens et Nouariens Epis quatenus ad valvas eiusde  
ecclie irent ad inquirendum verum scissimus dñs n'r  
Eugenius ipa quatenus cuius contumacia n're per pro-  
motores fuit accusata aut aliquis alius eius nomine  
esset ibidem qui uellet comparere coram sacrosca Synodo ibi  
dem exi'stente facturus et adimplendus illa ad que per  
duas Citationes seu monitiones citatus seu mortuus fuit  
Qui quidam duo dñs Epi de mandato quo sup' assumptis  
etiam nobis Notarijs infra scriptis ad easdem valvas ire  
runt alia et intelligibili uoce per organum prefati dñi Epi  
Nouariens trina uice proclamauerunt inquirentes prout  
eisdem per dñm dnm legatum nomine dicti sacri Concilij  
fuerat inuicem petentes a nobis Notarijs publici In-  
strumentum Ad perpetuam rei memoriam etc. Qua  
sic facta trina proclamatione nemineqz pro dco dño Eu-  
genio comparente ad pñtiam eiusdem sacri Concilij in  
eadem ecclia constituta redeuntibus retulerunt prout supra  
proclamasse nec aliquem nomine predicti dñi Eugenij co-  
ram eis comparuisse. Post quasquidem relationem pro-  
motores sacri Concilij per organum dñi Officialis Bari-  
hen proponentes dixerunt in effectum similia uerba Reueren-  
dissimiqz pres et dñi audierunt v're re<sup>me</sup> primitates  
relationem per dños Vtiacens et Nouariens Epis. Et quia  
prefatus dñs Eugenius licet debite uocatus et expectatus  
per se uel alii non comparuit prout neqz comparer eius  
contumacia iterum et ex superhabundanti accusarunt  
trina uice petentes ipm per sacrum Concilium pro conti-

mae reputari et declarari reproducentes et repetentes ac in  
et decreta huius sacri Concilij Basilien necnon duas Cita  
tiones et eorū executiones vnacum omnibus actis et ac  
tibus in huiusmodi causa petentesq; diem certam pro ses  
sione publica super huiusmodi declaratione fienda eisdem  
assignari.

Quibus petitis dñs Cardinalis legatus et presidens ge  
neralis die 7i sacri Concilij et nomine eiusdem uerba sua  
dirigens ad ipos promotores dixit venerabiles promotores  
audiuit hec sancta Synodus relationem factam per prefatos  
dnos Epōs et petitionem vram. Idcirco hec sancta Synodus  
Iudices huius sacri Concilij deputat et ordinar ad videndū  
et examinandum processum factū contra eundem dnū Eu  
geniū et referant in Congregatione generali. Qua factū  
relatione sacrum Concilium deliberabit super declaracōe  
contumacie et alijs in huiusmodi causa peragendis ac in ses  
sione super hec decernenda vobis respondebit. De et super  
quibus omnibus et singulis supradic 7i promotores et eorū  
quilibet ad perpetuam rei memoriam petierunt et petunt  
a nobis Notarijs fieri vnu vel plura publicum et publica  
Instrumenta. Dat. in sessione publica eiusdem sancte  
Synodi in ecclia Basilien sollemniter celebrata xi. kl.  
Marci. Anno a Natiuitate domini Millesimoquadring  
entesimo tricesimo tertio.

Sessio vndecima.

## actosca generalis Synodus

Basilien zē vniuersalem eccliam reputans  
Ad perpetuam rei memoriam. Quoniam  
frequens generalium Concilioꝝ celebracō  
tanquā agri dominici precipua cultura vniuersalē ecclie  
statum concernit. Ideo summa cum diligentia inten  
dendum est ut cunctis obstaculis que tam salubre  
institucionem impedire possent accurate obuietur.  
Inherens igitur hec sancta Synodus ordinationi decreti  
Concilij Constantien quod incipit frequens cupiens  
q̄ ne scandala que prochedolor diebus nr̄is contigerunt

futuris temporibus in perniciem ecclesie repullularent Statuit  
et decernit ut Romanus pontifex qui primus in vinea dñi  
laborare et alios suo exemplo ad laborandum trahere tenet<sup>r</sup>  
per se uel legatum delatere aut legatos eligendum uel eligen-  
dos de consilio et assensu non auriculari duoz<sup>r</sup> partium  
Cardinalium in Concilijs generalibus debeat interesse  
Necnon omnes et singule persone ecclesie hęc que de iure uel  
consuetudine in generalibus Concilijs adesse debent / deinceps  
ad ipa generalia Concilia tam vigore ipsius constitutio-  
nis frequens indic<sup>t</sup>o quā huius sacri Concilij Basiliensis  
uel alterius futuri legitime congregati aucte indicenda  
sine alia uocatione uenire personaliter as<sup>t</sup>ringunt<sup>r</sup> nisi  
legitimo detineantur impedimento. Quo casu personas  
ydoneas cum sufficienti mandato destinare teneantur.  
Q<sup>d</sup> si ipse Romanus pontifex et alie predecē persone hoc  
facere neglexerint / aut ipm Concilij quoque modo de fco  
impedire mutare prorogare dissoluere operam dederint  
et infra quatuor menses cum reali satisfactioe nō re-  
sipuerint extunc Romanus pontifex a p<sup>p</sup>ali et predecē  
persone a suaz<sup>r</sup> dignitatum administratione sint ipō  
facto suspensi. Quequidem p<sup>p</sup>alis administratio ad  
sacrum Concilij ipō iure deuoluatur. Q<sup>d</sup> si penas  
predecās per duos menses post dictos quatuor animo  
sustinuerit indurato contra tam Romanū pontificem  
quā predecās personas usq<sup>z</sup> ad priuationem inclusiue per  
Concilium generale procedatur.

II  
Statuit quoq<sup>z</sup> hec scā Synodus ut non obstantē  
quacūq<sup>z</sup> etiam Romani pontificis prohibitionē omnibus  
cuiuscūq<sup>z</sup> status et conditionis existant etiā si sint  
Romane ecclesie Cardinales liberum sit ad generalia Con-  
cilia proficisci. Q<sup>d</sup> ipse Romanus pontifex ad ipa  
Concilia generalia accedere uolentibus et presertim dñis  
Cardinalibus licentiam si petierint impartiri teneatur

III  
Declarat quoq<sup>z</sup> hec sancta Synodus uerba illa uidelicet  
nullatenus prorogetur in dicto decreto posita ita prohi-  
bitiue intelligi ut etiam per p<sup>p</sup>am prorogari non possit

Q<sup>d</sup> q<sup>z</sup> Concilij ac tu congregatum dissolui aut de  
loco ad locum mutari sine ipsius Concilij expresso con-  
sensu per Romanū pontificem nullatenus possit

Cassatq; irritat annullat siquid forsitan contra hec uel  
 etiam in derogationem aut impedimentum ipsius Concilij  
 generalis personarumq; et prelatorumq; ac suppositorumq; eiusdem  
 per priuationem translationem censuras q; ecclias suas uel  
 aliter quomodolibet in futurum contingerit attemptari. Statuit  
 q; ex certis rationabilibus causis ut presens Basiliens Concilium  
 per neminem etiam si ipsalis fuerit dignitatis dissoluatur  
 aut de loco ad locum mutari possit nisi de expresso consensu  
 duarumq; partium cuiuslibet deputationis uotis singulorumq;  
 scrutatis subsequentiq; approbatione duarumq; partium congre-  
 gationis generalis similiter scrutatis uotis / ac demum in  
 Sessione publica facta declaratione obsecratq; per uiscera  
 misericordie ihu xpi et per asperionem sui sanguinis pre-  
 ciosi omnia supposita huius sacri Concilij tam presentia quam  
 futura obtestatur ut ante completam reformationem in  
 Capite et in membris quantum rationabiliter fieri poterit  
 nullatenus dissolutioni consensus presentent nec loca per  
 mutationem fieri permittant nisi ex causis iustis et ma-  
 nifestis iuxta ipsius Concilij Constantiens ordinacionem  
 uult omnino saltem per mensem ante tempus dissolutionis  
 eligi locum pro futuro celebrando Concilio. declaratq; ad  
 superhabundantem cautelam uerbum illud in decennium  
 in predicta positum constitutione sic intelligi debere ut  
 decennium totaliter compleatur / et eo integro completo et  
 tunc facultatem Concilij generalis celebrandi incipere  
**Q**uod si casu aliquo contingat eos qui in Concilijs gene-  
 ralibus interesse tenentur in principio temporis non ad-  
 uenire declarat non propterea dictum Concilium celebrandi  
 facultatem expirare / sed ut quanto citius commode fieri poterit  
 celebretur. Ne autem dum differri possit statuit ut  
 per uiginti dies ante predictum decennium tempus completum  
 uel aliud si forsitan ex causa per Concilium presigi contin-  
 gat Romanus pontifex perse uel legatum aut legatos  
 suos. Necnon Archiepiscopus in cuius prouincia uel dyocesi  
 fuerit Concilium celebrandum et omnes prelati vicini lo-  
 co celebrationis Concilij per quatuor dietas uulgares  
 cessante impedimento canonico in proprijs personis uel  
 eo obsistente per viros idoneos ac vicarios constitutos  
 adesse teneantur ut de loci dispositione et alijs prepa-

IV

V.

ratoris Concilij ualeant habere tunc factum. Die autem  
inchoationis Concilij generalis presertim hi qui ibidem  
fuerint missam de spiritu sancto sollempniter celebrent  
et Concilium ex eo die stabilitum et inchoatum esse effica-  
citer censentur. Verum propter multas necessitates que  
contingere possunt ueniens ad Concilium exhortatur  
hec sancta Synodus eos qui tunc presentes fuerint  
ut ad ardua negotia negotia concludenda nisi decenti ex-  
pectatione absentium moderata congruo intervallo  
temporis non procedant sed sic diuino timore premo-  
cedatur in cunctis cum debita maturitate sicut tanta  
magnitudo negotiorum vniuersalis ecclesie exigit et re-  
quirit.

In his autem casibus in quibus secundum statutum decreti  
Constantienis prece locum futuri Concilij de consensu  
sanctae Romanae ecclesie Cardinalium mutare statutum  
ut si ipse id facere negligat collegium Cardinalium hoc sup-  
pleat. Ita tamen ut due partes ipsorum Cardinalium qui  
consentiant nichilominus seruando modum qui in dno  
capitulo frequens continetur. Ipse autem loca mutationem  
si fieri contingat iurabunt diei Cardinales secundum  
deum et conscientiam suam illam facere et ex causis ma-  
nifestis in capitulo frequens contentis

VE.  
Ut premissa facilius executioni demandentur statutum  
ipsa sancta Synodus quod Electores Romanorum pontificis  
ante ingressum Conclauis iurare deo quod et ecclesie pro-  
mittere teneantur quod si contingat aliquem ex eis in  
premissa assumi premissa supra decretum statutum et ordi-  
nata seruabit et pro posse implere realiter et cum effectu  
curabit adiciens quod quicumque in Romanum pontificem fu-  
turis deinceps temporibus assumetur inter alia que pro-  
fiteri debet iuxta decretum Concilij Constantienis quod  
incipit quando Romanus pontifex etc. iuret etiam pre-  
dictum decretum efficaciter obseruare. Quamquam professione  
teneatur postea in primo publico Consistorio de uero  
facere profiteaturque si eorum que in hoc decreto continen-  
tur fuerit uiolator necnon ratione cuiuslibet notorii  
criminis ecclesiam scandalizantis iudicio generalis Con-  
cilij se esse subiectum. hancque professionem tam ipse

quā Collegiū Cardinaliū miserant lris quas de noua assumptione ꝑpe per orbem de more transmittent

Vt tam salutaris et necessary decreti nullus possit ignoranciam pūdere mandat hec sanc ta Synodus in virtute sanc te obediencie omnibus metropolitanis ut in provincialibus Epīs in Synodalibus Concilijs prelati religioni in suis capitulis generalibus huioi decretum legi faciant et publicari .

VII

Cum liberum omnibus esse debeat ad hoc sacrum generale Conclui quod vniuersalem reputat eccliam proficisci et consequenter quicquid in contrariū quacūqꝫ auctoritate etiam si ꝑꝑali statuantur irritū sit censendum Ideo hec sanc ta Synodus cassat et annullat quecumqꝫ mandata etiam sub censuris priuationibus beneficiorū et officiorū et inhabitationibus ad eadem et alijs quibuscumqꝫ penis facta et facienda tam per dñm Eugenium ꝑꝑam quartum quā eius Camerarii uel alium eorū auctoritate curialibus et Officialibus Romanæ curie uel alijs quibuscumqꝫ personis cuiuscūqꝫ status et dignitatis existant ne de curia Romana recedant per que facultas ad hoc sacrum Concilium ueniendi tollendi impediri ue restringi quomodolibet possit. Dat. Basilee in sessione publica celebrata in ecclia maiori Basiliensi v. kl. May. Anno a Natiuitate domini Millesimo quadringentesimo tricesimo tercio.

VIII.

coll.

sessio Duodecima

**acrof sancta .zē. vniuersalem**

eccliam representans. Ad perpetuam rememorationem. Sanc ta catholica ecclesia in sacro Constantienē Concilio conueniens cum ani aduerteret neglectum sacrorū Conciliorū preteritis temporibus occasione fuisse heresum errorū scismaticum ac plurimarū deformitatum in populo xpiano Ipōꝝ qꝫ Conciliorū frequentationem optimū fore dicitur ꝑꝑtuum ac malorū antidotum diuina inspiratione instituit. Demceps certis modis et tem

pore generalia Concilia celebrari Prius autem ne quis  
de ipozf Concilioz potestate hesitaret declarauit Con  
ciliu generale catholicam eccliam representans potēte  
a xpo immediate habere cui quilibet cuiuscunqz status  
uel dignitatis etiam si p̄p̄alis existat obedire tenetur  
in hys que pertinent ad fidem et extirpationem scisma  
tis atqz ad generalem reformationem ecclie in capite  
et in membris. Qd̄qz eius mandatis statutis ordi  
nationibus et preceptis super premissis seu ad ea perti  
nentibus quicunqz etiam si p̄p̄alis fuerit dignitatis  
obedire contumaciter contemnens nisi resipuerit con  
digne penitentie subiciendus est et debite puniendus  
etiam ad alia iuris subsidia si opus fuerit recurrendo  
Auctoritate igitur memorati Constantienſis Concilij  
et deinde ex iustitudo sacri Concilij Senenſis approba  
tione qz felicitis recordationis Martini p̄p̄e quinti et  
moderni dñi Eugeny p̄p̄e quarti hec sancta Synodus  
Basilienſis legitime congregata ad opus generalis refor  
mationis ecclie in capite et in membris necnon ad ex  
tirpationem heresum omni cum diligentia in suo p̄mor  
dio procedere decreuit. Sed quoniam absqz pace xp̄ia  
noz principum hec duo sacratissima opera non facile  
executionem habere poterant. professa est etiā ad pacē  
concordiamqz xp̄iam populi uelle totis uiribus labo  
rare quē admodum hac tenus fecit fecissetqz uerbis  
ac forte felicius nisi grauis fuisset per prefatum dñm  
Eugenium obstaculis impedita. Et quoniam inter xp̄i  
anos nemo est cuius pro sua dignitate magis inter sit  
quā summi pontificis huiusmodi sacris operibus intendere hec  
sancta Synodus assue Congregationis initio dñm Eu  
genium per binas Ambasiatus cum magna instancā  
deprecata est ut suas operas consiliaqz et auxilia ad ipaz  
Synodum fouendam ac promouendam uellet impende  
Cum enim ab ipō dño Eugenio pro suo pastoralis officio  
omne genus subsidij ac suffragij speraremus lugubri  
nuncio ad nos perlatum est. hoc sacrum Conciliū  
tam sollemniter institutum et pro tam necessarijs ne  
gocijs congregatum in publico Consistorio defac̄to aū  
de iure non posset temptasset dissoluere. Quod nos



30

audientes tristitia conseruati magnoq; merore confecti  
sumus nec modo nos sacrum Conciliū celebrantes huius  
p̄sa dissolutio supra modum scandalizauit sed et omnem  
populum xp̄ianum qui tam sc̄or̄f̄ operum felicem exitū  
magno cum desiderio spectabat. Existimans tunc hec sac̄a  
Synodus finis tris informationibus ip̄m d̄m̄ Eugenū  
fuisse circūuentum mox ad eum venerabilem Ep̄m Lau  
sanen et decanū Trarec tēn Oratores destinauit eide  
ostensuros causas p̄se dissolutionis a ueritate procul  
esse supplicaturosq; ut cum huiusmodi res grauit̄ et  
notorie eccliam perturbaret plurime q; in populo xp̄iano  
exinde calamitates secutire essent ip̄am dissolutionem  
tam scandalose fr̄am omnino reuocaret. et huic sancte  
Synodo sicut dignitatem suam decebat cum effectū  
adhereret. Sed ip̄or̄f̄ Orator̄f̄ rationibus et precibus  
nequaquā motus eos ad nos uacuos remisit. quod tam  
grauē ac notorium scandalum hec sancta Synodus  
ferre non ualens ip̄m d̄m̄ Eugenū in publica sessio  
ne monuit ut infra Quatuor menses p̄sam dissolu  
tionem tot scandalor̄f̄ causam penitus aboleret. In  
terim autem et post curissimus ecclie filius Sigis  
mundus Romanor̄f̄ Imperator Illustris tanq; ecclie  
fidelis Aduocatus pluribus notabilibus Ambasiatis  
ac crebris lris ip̄m d̄m̄ Eugenium humilime deprecatus  
est ut ab huius ecclie perturbatione oīno desisteret  
Idip̄m etiam zelo fidei et ecclie succensi quā plures reges  
et principes Cardinalesq; ac prelati tam in Curia Ro  
mana quā extra rogando obsecrando monendo sedula ai  
mstantia fecerunt. Et quidem tot preces et requisicōes  
vndiq; sibi porrecte sunt tam pie humiliter et deuote  
ut quod dolenter referimus si pax et tranquillitas ecclie  
sibi fuisset cordi nullatenus dissentire potuisset. Circa  
autem ip̄or̄f̄ quatuor mensium exitum ad nos qua  
tuor Oratores transmisit non ut emendarent sed er  
rata defenderent nosq; increparent qd̄ mox sue p̄se  
non paruissent dissolutioni quibus per responsiones  
huius sacri Concilij ueritas tam Iuris diuini et hūani  
qd̄ sine consensu Concilij dissoluere nequinerat quā  
facti qd̄ cause p̄se dissolutionis uere non fuerant

extitit ut luce clarius pateat. Transactis hys qua-  
tuor mensibus cum in publica Sessione promotores sacri  
Concilij ipsius dñi Eugenij contumaciā accusantes eum  
contumacem declarari peterent sancta Synodus a dictis  
Oratoribus exhortata ut supersedere dignaretur protunc  
et usq; ad tres menses postea distulit Et cum interim  
nulla sue emendationis indicia apparerent ymo cotidie  
in suo proposito durius perseverans innumeris modis quod  
honestatis causa reticemus ipsam sanctam Synodum  
dissipare et evertere conaretur. Nos licet suadente iusti-  
tia acrioribus remedijs uti potuissemus nichilominus  
mansuetudinē nrē nō imemores iterum ipm monuim⁹  
et ex parte omnipotentis dei precepimus ut infra lx. dies  
dissolutionem p̄nsam prorsus reuocaret et sacro Concilio  
pure simpliciter et cum effectū adhereret. Quibus ex-  
actis iterum per promotores Concilij ipsius dñi Eugenij  
contumaciā foras accusantes instantius interpellā-  
ti sumus ut ad declarationem contumaciē et ad penas  
quas tanta contumacia exigebat procederemus. Sed nichilominus  
aliquandiu differre decreuimus si forte tantam  
sacri Concilij pietatem videns ipē quoq; ad pietatē flecte-  
retur. Interea quatuor alij sui Oratores ad nos super-  
uenerunt varias secum facultates ymouerunt difficul-  
tates et inuolutiones afferentes per quas monitioni nrē  
nullatenus parebatur nec p̄nsa irritabatur sed potius fir-  
mabatur dissolutio. Multa etiam alia in hys contineban-  
tur non mediocriter absurda et sacro p̄iudicialia Concilio  
quibus sine dei offensa et graui iactura ecclie nullatenus  
assentire poteramus prout hec in responsione dñs Amba-  
siatoribus sextadecima die Junij tradita diffuse describunt⁹  
Post itaq; duos menses qui decimanona february expi-  
rarunt usq; ad presentem diem patienter distulimus spe-  
rantes ipm dñm Eugenium plenam tandem adherentiā pre-  
biturum. Sed ut rei euidentia iam demonstrat Quo  
magis pulsatur eo amplius suas obturat aures et quanto  
secum benignius ac modestius agitur eo tenacius in sue  
dissolutionis proposito perseverat et quantum ex eius uerbis  
factisq; colligi potest nil aliud pretendere uidetur nisi  
ut etiam pessundet usq; sibi et successoribus faciat non

Solum abrogandū ritum sacrosf. Concilioꝝ et ea pro libito  
dissoluendi. Sed et ipꝝ sacratissima decreta spiritu dei pro  
mulgata a quibus statim pender vniuersalis ecclie irri  
mūdi et abolendi et presertim deliberationem illam qđ in  
hys que ad fidem extirpationem scismatis et generalem  
ecclie reformationem in capite et in membris pertinent.  
Quilibet etiam spalis dignitatis decretis generalis Con  
cily subicitur ex quibus quot quantoq; mala ac scandala  
exnūc et infuturū succedere possunt satis omibus liquet  
et in prefata responsione late exprimitur. // Cum ergo  
iam ultra annū et dimidiū incassum apud eum labora  
uimus nec nrīs aut alioꝝ precibus ac monitionibus fle  
cti uelit nec eum quanta cūq; mansuetudo et paciencia  
adea que pacis et rationis sunt mouere queant / quid  
amplius frustra inmorandum est forsitan nrām paci  
entiam putat assensum et ex longa dilatione fiduciam  
perseuerandi assumit / quasi arbitretur se recte fuisse  
nec eccliam in eum qui equā posse eum nullā nrōgaret  
penam ausa est. Veremur ne facilius uenire incen  
tium sibi tribuat delinquendi / Timemus ne si delicta  
notoria in hac ta dimittamus fouere ipā iudicemur.  
Xpc̄ deus nr̄ cum in iherlm̄ pergeret opus nr̄e redemptionis  
impleturus et petrus eum prohibere uellet compestuit  
ipm̄ dicens. Vade post me sathana scandalum michi es  
quia non scis que dei sunt sed ea que hominū. Beat<sup>9</sup>  
paulus cum uidisset beatum petrum aplōꝝ principem  
circa obseruationem legalium reprehensibilem fore et non  
ambulare ad ueritatem euangely restitit ei corā omib<sup>9</sup>  
in faciem et eum a simulatione in qua alios deducebat  
ueritatis zelo repressit. Ecclia catholica sepe numero su  
mos pontifices siue a fide delinquentes siue prauis moribus  
notorie eccliam dei scandalizantes correxit et iudicauit  
neq; ubi de fidei periculo aut scandalo xpiane religionis  
agebatur Romanis pontificibus pepercit. hys exem  
plis ac rationibus hec sanc ta Synodus excitata hūc a  
deo auctōritatem auctoritatem aduertendi in eos qui ipam non  
audierunt consideransq; expedire tam saluti anime ipius  
dn̄i Eugeny quā statim vniuersalis ecclie modernis fu  
turisq; temporibus amodo in die tum dn̄m Eugeniū

actioribus remedijs quandoquidem leuiora non profuerunt  
procedere dearent Et quia quia in tum notorie et incorrigi-  
biliter scandalizantem eccliam statim posset finalem  
ferre sententiam nesciens tamen matere pietatis obliuisci  
Intuitu etiam prefati serenissimi Imperatoris qui per suas  
lras super hoc nos ex ac te rogauit adhuc ipm dnm Eugeni-  
tertio monere ac etiam tertiam ei indulgere dilationem  
proponit ut in sua pte sit si uelit penam euitare. Id  
circo hec sancta Synodus prefatum dnm Eugenium ai  
quanta potest instantia et effra per uiscera mie dmi  
nri ihu xpi rogat orat obsecrat monet citat et requirit  
ex parte dei omnipotentis ultimo et peremptorie mandat  
et precepit ut predam pnsam notorie scandalosam disso-  
lutionem penitus reuocet et hoc Basiliens Concilium per  
generalium Constantien et Senens Conciliorum sta-  
tuta approbationem qz fe-re. Martini ppe quinti et  
ipius domini Eugeny legitime inchoatum declarer a tem-  
pore huiusmodi inchoationis continuatum fuisse et esse p  
secutionem qz semper habuisse continuariqz ac prosecuam  
habere debere et ipi pure et simpliciter adhereat et ai effra  
et huius reuocationem declarationem qz et puram adhesio-  
nem per suas lras more curie Romane bullatus huc sa-  
cro Concilio notificet infra sexaginta dies a die pntis  
publice sessionis i mediate sequentes. Qd si predic-  
ta omnia et singula infra prefatos dies adimplenerit cum  
effra. hec sancta Synodus ex sua solitu mansuetudine  
et clementia ipm dnm Eugenium quantum cum deo potit  
honorare et honorari facere intendit. Si uero quod absit  
in pertinacia perdurans omnia et singula predam infra  
prefatos sexaginta dies realiter et cum effra non adim-  
pluerit elapsis diebus sexaginta diebus ex nre prout  
extunc et extunc prout ex nre hec saci Synodus in uirtute  
omnipotentis dei a quo super omnes xpi fideles i mediate  
ptatem uendicat predam dnm Eugenium manifestum  
contumacem et notorie incorrigibiliterqz scandalizantem  
eccliam ab omi administratione ppatu in spualibus  
et temporalibus ipso facto suspendit et suspensum esse de-  
clarat processura tandem ad ulteriora usqz ad sniam  
finalem inclusiue si opus fuerit ipi dno Eugenio ampli9

non citato prout spiritus sanctus die hauerit. Omnem autem ipsius ppatus administrationem in omnibus que in spiritualibus et temporalibus ad solum ppatum uel ad sola sedem aplicam de iure pertinere noscuntur. Eadem sancta Synodus post die tum terminu ad seipam decernit et declarat ipso facto esse deuolutam. Quicquid autem in casu predeco per ipm dnm Eugeniu lapsa die to termino rone ppatus factum fuerit et attemptatum decernit irritum et inane. // Quo casu omnes reges principes Comunitates et alios cuiuscunqz status ac dignitatis existant hec sca Synodus monet et requirit et eisdem in uirtute sancte obediencie et sub diuini obest tatione iudicij mandat. Ecclesiasticis uero personis quacunqz dignitate etiam si Cardinalatus patriarchali aut pontificali prefulgeant sub penis quas ipso facto incurrant Excomunicacionis et suspensionis ab omibus dignitatibus beneficijs et officijs quocunqz nomine nuncupentur etiam si forent Metropolitane aut Cathedralis ecclie siue in titulum siue in Comendam obtineant. Vicarijs autem gubernatoribus Vasallis feudatarijs et subditis Romane ecclie sub pena priuationis ipso facto omniu feudoz et alioz quozcunqz iurium et priuilegioz que ab ipa Romana ecclia obtineret districte precipit ut prefato dno Eugenio durante predeca suspensione pretextu cuiusuis iuramenti subiectionis aut promisse fidelitatis nullatenus ratione ppatus obediant. // Adicit quoqz hec sancta Synodus qd si prefatus dñs Eugenius die to termino sexaginta diez pendente aliquas promotiones fecerit ad cathedrales ecclias uel eccliasasticas dignitates uel alia quecumqz beneficia uel officia in fomentum die te siue puse dissolutionis et eneruatione diminutionem seu impedimentum huius sacri Conclij. de quo ipius sacri Conclij arbitrio iudicabitur an facte fuerint in fomentum. Eadem sancta Synodus huiusmodi factus promotiones cassat irritat et annullat. Mandat preterea in uirtute sancte obediencie et sub pena priuationis qua ipso facto incurrant omniu suoz beneficioz et officioz Comendaz pensionu et gratiaz quazcunqz etiam expectatiuarz omnibus et singulis sancte Romane ecclie Cardinalibus Patriarchis Archiepis.

Epis et alijs eccliarum prelatijs Officiarijs Curie et alijs  
quibuscumque in Romana curia existentibus cuiuscumque  
status aut conditionis existant quibus in casu predicto  
post lapsum diei termini infra triginta dies proxime  
et immediate sequentes a curia Romana recedant. Et de  
inde Cardinales omnino sub pena predicta ad hoc sacrum  
Concilium omni mora postposita ueniant. Patriarche  
uero Archiepi Epi et alij eccliarum huius prout de iure uel con-  
suetudine ad generale Concilium ire tenentur sub penis  
iuris ieter sui sine fraude continuando ad hoc sacrum Con-  
cilium arripiant. Reliqui uero qui ad generale Con-  
cilium non tenentur uenire ad residendum et deservien-  
dum in proprijs beneficijs uel ad hoc sacrum generale  
Concilium sine more dispendio et omni fraude cessante  
se transferant et aecedant. Omnes autem causas tam  
eccliarum quam prophanas Ciuiles et criminales in-  
quasumque personas cuiuscumque status conditionis aut  
dignitatis existant in curia Romana pendentes lapso  
diei termino sexaginta diebus casu predicto ab ipsa Cu-  
ria Romana eadem sancta Synodus ad se aduocat  
et aduocatus esse uult Expressse inhibens sub pena Exco-  
municationis late sententie omnibus Iudicibus Audi-  
toribus et Commissarijs quibuscumque predictae curie ne post  
dictos dies in prefatis causis procedere aut quidamque  
agere quoquo modo presumant. Quidquid autem  
contra hanc aduocationem et inhibitionem attemptari  
contigerit ipse iure decernit irritum et inane. Decernit  
tandem hec sancta Synodus huius decreti publicacionem  
in pñti Sessione sanctam eiusque affixionem in ualuis ma-  
ioris ecclie Basiliens habere unum monitionis citacionis  
et executionis et ita uniuersos artare ac si personaliter  
apprehensi et eis intimatum fuisset. Insuper hec sancta  
Synodus declarat et protestatur quod nichilominus  
dilatione huiusmodi sexaginta diebus pendente cum  
id rerum necessitas suadet et qualitas agendorum in ul-  
teriori prosecutione Concilij et agendorum in eo prouide-  
intendit ordinare debite et mature nec propterea sup-  
sedere aliquatenus in processu. Dat. in Sessione publi-  
ca huius sancte Synodi in ecclia maiori Basiliens

Sollemniter celebrata in 18 July. Anno a Natiuitate  
domini Millesimo quadringentesimo tricesimo tertio

Decretum Electionum et confirmationum  
factum in eadem duodecima Sessione.

## Sicut in construenda domo

precipua est architectoris cura ut tale  
iaceat fundamentum super quo firmum perdu-  
ret edificium. Ita in generali ecclesie reforma-  
tione potissimum est huius sancte Synodi studium ut  
tales ecclesijs preficiantur pastores qui tanquam colonne  
et bases ipsam ecclesiam doctrine et meritorum uiribus fir-  
miter sustentent. Quanto autem in eligendis pre-  
latis diligentia adhibenda sit officium eis inuicem eui-  
denter ostendit. Ad regimen enim assumuntur animarum  
pro quibus dominus noster ihesus christus mortuus est et sanguis  
eius pretiosus effusus propterea sacri canones spiritu dei  
promulgati prouide statuerunt et unaqueque ecclesia ac  
Collegium seu Conuentus sibi prelatum eligant quibus  
hec sancta Synodus eodem spiritu congregata inhe-  
rens statuit et diffinit generalem reservationem omnium  
ecclesiarum Metropolitanarum Cathedralium Collegiarum  
et monasteriorum ac dignitatum electionum per  
Romanum pontificem decetero fieri aut facta ut non  
debere. Reservationibus in corpore iuris clausis et hys  
quas in terris Romane ecclesie ratione directi seu utilis do-  
minij immediate uel immediate subiectis fieri contigerit  
semper exceptis sed quod per electiones et confirmationes  
canonicas secundum iuris communis dispositionem  
predictis Metropolitanis Cathedralibus monasterijs  
et Collegiatis ecclesijs ac dignitatibus electionibus vacanti-  
bus debite prouideatur non derogando propterea statutis  
privilegijs et consuetudinibus rationalibus quibuscumque  
postulationibus in dispositione iuris communis rema-  
nentibus decernit hec sancta Synodus rationem fore  
consentaneam et rei publice accomodam ut contra  
hoc salutare decretum Romanus pontifex nichil at-

temptet nisi ex magna rationabili et euidenti causa in  
hīs aplias nominatum exprimenda. Et ut eo firmitus  
hoc salubre decretum cuiusmodi uult eadem sancta  
Synodus ut inter alia que Romanus pontifex in sua  
assumptione profitebitur iuret decretum hoc inuola-  
biliter obseruare. Et quoniam tales ut predicatum est  
oportet esse prelatos hys ad quos ius pertinet eligendi  
omnem curam adhibeant ut dignam coram deo et om-  
nibus electionem faciant ex ac tamq̄ proinde appo-  
nant sollicitudinem ut tales eligant qui tanto officio ua-  
leant satisfacere. Sciens qd si uel dolose uel negligenter  
ac timore domini postposito in re tam graui se-  
gesserint sicut auctores erunt et causa maloz pasto-  
rum. Ita participes fient penoz quas ipi mali pastores  
in discretio dei iudicio patientur et cum humane fra-  
gilitatis conatus nichil sine omnipotentis dei suffragio  
queat efficere a quo omne datum optimū et omne  
donū perfectū descendit adueniente die electionis hy  
ad quos pontificis uel abbatis spectat electio in ecclia  
conueniant magna cum deuotione missam de spū  
sancto audiri quem humiliter exorabunt ut eos  
ad dignū eligendum pastorem inspirare dignetur.  
Et ut eo facilius gratiam hanc obtinere mereantur  
quo deuotius ad actum electionis accedent contriti  
et confessi sacramentum Eucharistie reuerenter su-  
scipient. Ad locum uero electionis ingressi pro-  
quocunq̄ prelate qui per electionem assumitur iura-  
bunt in manibus eius qui Capitulo presidebit et ipse  
presidens in manibus eum immediate sequens sub hac  
forma. Ego n. iuro et promitto omnipotenti deo  
et tali scō uel scē sub cuius uocabulo dedicata est ecclia  
eum eligere quem credam futurum ecclie in spūalibus  
et temporalibus utiliore nec illi nocem dare quem  
uerisimiliter sciuerō promissione aut datione alicuius  
rei temporalis seu prece per se aut alium interpositū aut  
alī qualitercūq̄ directe uel indirecte pro se electionem  
procurare Idem iuramentum prester confiteaturq̄  
et cōmunicet qui constituitur procuratorē ad eligendū  
certam personam necnon procurator generaliter ad



24

eligendum constitutus in casibus in quibus secundum  
 Juris communis dispositionem in huiusmodi Electionis  
 negotio procurator constitui potest. Quod etiam Ju-  
 ramentum prestetur ab his in quos continget super  
 electione futuri prelati fieri compromissum qui etiam  
 confiteri et communicare teneantur qd' si predicta non fe-  
 cerint pro illa vice eligendi sunt ipso iure private priuati  
 Deinde eligant in prefatum prelatum virum etatis legiti-  
 me moribus grauem hanc scientia preclatum in sacris  
 ordinibus constitutum et alio idoneum secundum ca-  
 nonicas sanctiones. Qd' si aliter et de alia persona qua  
 ut predictum est aut per symoniacam prauitatem  
 Electionem fieri contingerit electio sit ipso iure irrita  
 et inanis, et sic symoniace eligentes preter alias pe-  
 nas perpetuo sint ipso facto iure eligendi priuati. Alij  
 uero canonicis penis subiaceant. Symoniace autem  
 electi et qui huiusmodi symoniace electionis participes  
 fuerint. taliterq; eligentes et confirmati in horrorem  
 tanti criminis penam excommunicationis ipso facto incur-  
 rant nec a tali reatu et excommunicatione elati et confirmati  
 absolui possint nisi eccl'is dignitatibus ad quas turpiter  
 assumpti sunt libere resignauerint et ad eas obtinendas  
 quas nephario ingressu adepti sunt perpetuo reddantur  
 inhabiles. Ad tollendam autem omnem ambitionis  
 radicem obsecrat per viscera misericordie ihu xpi hec  
 sancta Synodus ac in tantissime exhortatur Re-  
 ges et principes Communitates et alios cuiuscumq; gra-  
 dus et dignitatis existant eccl'asticas uel mundane  
 neq; electoribus lras scribant preces porrigant pro eo  
 qui per se uel alium tales preces seu lras procurabit  
 multoq; minus cōminationes impressiones aut ali-  
 ud faciant quominus libere ad electionem procedatur  
 Similiter in uirtute sancte obediē ipis electoribus  
 precipitur ne ad huiusmodi lras uel preces cōminationes  
 uel impressiones ut premittitur quenquam eligere pre-  
 sumant. facta autem electione et ei ad quem Jus  
 pertinet confirmandi priuati si appareat coelectus  
 uel se opponens Electioni nominatim uocetur ad  
 videndum discuri electionis negotii Et nichilominus

generaliter edictum publicam in ecclesia in qua facta est electio  
proponatur iuxta constitutionem felix recordationis  
Bonifacii viii. Comparantibus autem aliquibus uel no-  
nichilominus ipse confirmator ex officio tanquam in ne-  
gotio inquisitionis procedet omnem adhibiturus dili-  
gentiam ut cum forma Electionis quam merita electi  
et omnes circumstantie debite examinentur et discuti-  
antur. Et si electio confirmanda sit uel infirmanda  
iudicialiter confirmetur uel infirmetur. Et ut omnia  
iuste et sine labe ac labis suspicionem procedant non solum  
exigere aliquid quanticumque paruum sed etiam gratis  
oblata confirmator ratione confirmationis sub nomine  
subiectionis subsidij gratitudinis aut alio colore pre-  
textu cuiusvis consuetudinis aut privilegij per se uel  
alium recipere presumat. Notarijs autem et hijs  
qui scripserint in huiusmodi causis emolumentum ali-  
quod moderatum taxetur habendo respectum ad labo-  
rem et operam scripture non ad fructum prelature  
ualorem. Si uero confirmatores predictas Electiones  
non seruatis superius ordinatis et de personis non ydo-  
neis ut premititur factas uel alias per symoniacam  
prauitatem confirmauerint eo ipso confirmationes  
huiusmodi sint nulle. Confirmantes autem alias  
personas quam supradictum est pro ea uice per symo-  
niacam autem labem perpetuo ipso facto iure confir-  
mandi sint privati. Et nichilominus propter dam-  
symoniacam labem si eam commiserint etiam etiam  
excommunicationis incurrant eo ipso aqua nisi per  
Romanum pontificem preterquam in mortis articulo  
absolutionis beneficii obtinere non possint. Summi  
uero pontificem hec sancta Synodus exhortatur.  
ut cum speculum et norma omnis sanctitatis et iustitie  
esse debeat pro confirmatione eorum electionum quas  
ad eum deferre contigerit nichil penitus exigat  
aut recipiat. Alioquin si secus faciendum notorie et in-  
corrigibiliter ex hoc ecclesiam scandalizaret futuro  
Concilio deferatur. pro oneribus autem que ipsum  
pro regimine uniuersalis ecclesie subire oportet pro-  
que sustentatione sancte Romane ecclesie Cardi-

nalium et aliorum necessariorum Officialium hoc sacrum Con-  
 cilium ante sui dissolutionem omnino debite et congruenti  
 provideat. Quod si contingat aliquam circa hoc provisionem  
 non facere per hec eadem sancta Synodus non intendit  
 in aliquo preiudicare sancte Romane et uniuersali ecclesie  
 nec alteri cuiquam. Dat. ut supra.

Sessio tercia decima

**ie ueneris vndecima mensis**

I

Septembris Millesimoquadringentesimo tri-  
 cesimo tertio In ecclesia maiori Basiliensi fuit celebra-  
 ta tercia decima huius sacre Synodi Basiliensis Sessio hoc  
 modo scilicet missa de spiritu sancto per Reuerendum pre-  
 dum Matheum Episcopum Albinguensem Italice nationis celebra-  
 ta Antiphonis letanijs et suffragijs ut in alijs sessionibus  
 dictis. Lecto quoque euangelio secundum matheum. In illo  
 tempore Respicens ihesus in discipulos suos dixit Symoni  
 petro Si peccauerit in te frater tuus vade et corripe eum  
 inter te et ipsum solum etc. ac hymno Veni creator spiritus  
 decantato cum uersiculo et collecta Septem dominis Car-  
 dinalibus et alijs dominis prelatijs et priuilegijs mitris  
 planis et pluuialibus existentibus in multitudine co-  
 piofa. Assistentente domino Wilhelmo duce Bavarie sacri  
 Concilij nomine serenissimi principis domini Imperatoris  
 protectore promotores sacri Concilij per organum ue-  
 nerabilis uiri domini Stephani de Nouaria legum doctoris  
 alterius promotorum huius sacri Concilij accusauerunt  
 contumaciam scissimum domini uiri Eugeny pape quarti prout  
 in quadam cedula qua ipse magister Stephanus promotor  
 in suis tenebat manibus qua que de uerbo ad uerbum alta  
 et intelligibili uoce legit lacus continetur Cuius tenor  
 sequitur et est talis. Reuerendissimi Reuerendique  
 patres et ceteri domini metuendissimi quia nuper de mense  
 July proxime preterito et die tercia decima eiusdem hec  
 sancta Basiliensis Synodus in publica Sessione in pre-  
 sentia ecclesia Basiliensi celebrata attente considerans scissimum  
 dominum Eugenum papam quartum exhortationes obsecratio-  
 nes requisitiones citationes et monitiones per eandem

Sacram Synodum sibi repetitis vicibus factis et huic sacrosancto Concilio adhereret et eidem fauores prout tenetur impendit ante facta petuissimè nec ipm aliquatenus ad uota prout tamen ipm sacra Synodus sperabat inclinari. Et quāquā eo tunc ipa sacra Synodus propter ipius dñi Eugeny manifesta contumaciam ad huiusmodi continuatione declarationem con ipm procedere non imerito potuisset quēadmodum etiā protunc per promotores et procuratores die ti sacrosancti Concilij Basiliens licet imerito debita cum instā postulatam uolens solita sua mansuetudine aduersus eundem dñm Eugenium uti et iterato ipm exsuperhabundanti caritativè requirere et monere certum decretum monitorium edidit et decreuit quo idem dñs Eugenius exoratus requisitus monitus et interpellatus ac in virtute omnipotentis dei sub certis penis modis et qualitatibus eidem mandatum extitit ut infra Sexaginta dies ad dicta Sessione habita computandos pure simpliciter et libere huic sacrosancto Basiliens Concilio adhereret necnon pñsam dissolutionem eiusdem sacri Concilij per ipm als attemptatam reuocaret et alia in huiusmodi decreto contenta cum effectu adimpleret Alioquin penas in huius decreto contentas ipse scō incurteret prout hec in dicto decreto latius continentur. Ad quod nos promotores p die ti nos referimus in hac parte et hic pro repetito cum alijs omnibus actis sacri Concilij ad causam faciendam haberi uolumus et repetimus. Cum autem finis prefatorum Sexaginta dierum implet de presenti et nec ipse dñs Eugenius per se neqz p alium hanc factam Synodum de huiusmodi sua adhesionem pura simplici et libera ac reuocatione die te pñse dissolutionis aliorum qz in decreto contentorum adimplerere aliquatenus certificauerit nec de pñte certificet sed eidem decreto et contentis in eo contumaciter satisfacere contemnat in non modicum vniuersalis ecclie damnum xpifidelium scandalum atqz huius sacri Concilij Basiliens vniuersalem eccliam reputantis contemptum. Idcirco nos promotores et procuratores antedicti ex officio nobis incumbenti coram hac sacrosancta Synodo debita cum instācia humiliter requirimus quāis eundem dñm Eugenium contumacē

prout est declarare Ip̄m̄q̄ penas in decreto contentis ma-  
 disse decernere ac ip̄ius contumacia exigente ad ultiora  
 prout spiritus sanctus dabit et ordo juris et rationis  
 exigit procedere dignaretur super huiusmodi requisitione  
 et contumacie accusatione et alijs requirentibus per uos  
 d̄nos Notarios publica fieri Instrumenta. Predictis  
 autem ut premititur factis et contumacia accusata  
 Illustri princeps d̄ns dux Wilhelmus per organū ve-  
 nerabilis fratris petri ordinis Canonicoꝝ regulariū  
 et ex parte serenissimi d̄ni Imperatoris et suoz̄ et d̄ns  
 Johannes Offenburg Nuntius prefati d̄ni Imperatoris  
 repeterunt illa que al̄s videlicet die lune proxime p̄terita  
 dixerant et promiserant in Congregatione generali pro  
 dilatione et prorogatione triginta dieꝝ consequenda  
 eadem iterum dicentes repeterentes et promittentes. Cili  
 maḡr Civit̄ et nonnulli alij nomine Concilij et Civitatis  
 Basiliens̄ pro huiusmodi dilacione insistenter Et q̄d ampli-  
 us pro ulteriori dilacione nūquā facerent insistantia sūt  
 protestati. De quibus similiter petiti sunt per promo-  
 tores Instrumenta publica. Post hec contumacia  
 die h̄ d̄ni n̄ri Eugeny p̄pe in scriptis ut prefertur accu-  
 sata et devenita ad noticiam d̄noz̄ p̄szoꝝ Archiep̄i  
 Spalaten̄ et Cervien̄ Ep̄i Ambasiatoꝝ eiusdem d̄ni  
 n̄ri p̄pe mox ip̄i ad die tam Congregationem accesserūt  
 et lecturam decretoꝝ quā Reuerendus pater d̄ns  
 Martinus Ep̄us Lectoreꝝ Gallicane Nationis de  
 mandato sacri Concilij iam inceperat. Interrūperunt  
 quoz̄ quedam uerba intermiscētes duas bullas clausas  
 sub bulla die h̄ d̄ni n̄ri p̄pe Eugeny credentiam in effec-  
 tu continentēs exhibuerunt et obtulerunt. Quibus ap̄tis  
 et dem̄de lectis ut moris est prefati d̄ni Archiep̄s Spa-  
 laten̄ et Ep̄us Cervien̄ proposuerunt in effec-  
 tu q̄d ip̄i ad istud sacrum Concilium turbationis causa nullo  
 modo accedebant sed solum ex eo q̄d ip̄is relatu erat paliquē ex  
 suis cōmensalibus q̄d in die tam generali Sessione ip̄ius d̄ni  
 n̄ri p̄pe contumacia fuerat accusata ac si contra p̄satum  
 d̄nū n̄rū ip̄am procedere aut procedi peteretur. Et q̄n̄  
 ut asserēbant ip̄i Ambasiatores terminus Citationis  
 decreti Concilij qui sexaginta dieꝝ dicebat̄ hac die

hodierna non cadebat nec iuxta illum terminum prefixum C  
tationis dñs nr̄ p̄pa prefatus eadem die per se uel alium com  
parere tenebatur. Ideo solum pro sui informatione et ne con  
prefatum dñm nr̄m ip̄am quoquo modo saltem debite proce  
deretur illuc accesserant prout accedebant proces tantes de  
huiusmodi termino et nullitate processus antedicti petentes  
de hys a nobis Notarijs Instrumentum r̄i Quibus  
auditis. Reuenimus in xpo pater dñs Cardinalis sancti  
Angeli legatus et huius sacri Concilij generalis presidens  
uerba supradictorū Archiepi Spalaten et Ceruicē Ep̄i  
in effra resumens eisdem nomine sacri Concilij effraaliter  
respondit qualiter sacrum Concilium propositum per p̄fatum  
Archiepm Spalaten et Ep̄m Ceruicē benigne et cū man  
suetudine audiuit. Sed quia asserabant se auduisse sacra  
Concilij contra p̄fatum dñm nr̄m procedere Ideo dixit se  
male informatos fuisse. Sed bene uerum erat qd̄ hodie  
terminus Sexaginta dierū als per decretum sacri Concilij  
prefato dño p̄pe prefixus de adherendo prefato Concilio  
pure et simpliciter p̄nsam qz dissolutionem dei Concilij  
reuocando hodie instabat. Idcirco promotores sacri  
Concilij uolentes termino predic to satisfacere ip̄ius dñi  
p̄pe contumaciā accusauerant petendo et requirendo cum  
nullus pro dño p̄pa adesset uolens decreto monitorio pre  
dic to ip̄ius dñi nr̄i p̄pe satisfacere q̄t̄is cum contumaciā  
et in penas in decreto contentas incidisse declararent  
procederentqz ad ulteriora prout daret spiritus sanctus  
et dic taret ordo rationis. Quapropter petijt ip̄e  
dñs Cardinalis legatus et presidens nomine sacri Concilij  
q̄t̄is si die tam adhesionem ip̄ius dñi p̄pe haberent Ip̄eqz  
dñs p̄pa prefato decreto Concilij satisfecisset aut ip̄i eius  
nomine satisfacere uellent de premissis adhesionem et sa  
tisfactionem fidem facerent cum effectu. Nam sic facien  
do dñi et p̄res de Concilio illam adhesionem cū magno  
gaudio decantantes Te deum laudamus susciperent  
Alioquin uenerabiles p̄res ip̄ius sacri Concilij citius mor  
tem eligerent quā eccliam dei pretextu talis dissolutionis  
periclitari permitterent. Adiciens qd̄ bene uerum erat  
qd̄ ad Serenissimū principis dñi Imperatoris supplicatio  
nem et instancā sacrum Concilium p̄fatum lx. dierū

terminū dño ipe prefixum usqz ad triginta dies ab hac die computandos prorogandum duxerat et prorogare intendeat sub modis et formis in decreto primo contentis Et nichilominus quia die te bulle simplicem credentiam continebant dixit idem dñs legatus qd si aliquid exponere uolebant qd libenter a pñibus Concily audirentur. De quibus ipe reuerendissimis pater dñs Cardinalis legatus et presidens nomine sacri Concily peijt a nobis Notarijs Instrumentum. hoc idem nomine sacri Concily petierunt promotores. Post hec prefatus maqr Stephanus alter ex promotoribus respondens hys que prius dixerant die ti Oratores ipe dixit qd quantum ad ipm et alios promotores satis erat qd tunc contumacia ipe accusarent et alia facerent et peterent ut in sua cedula supra scripta continetur. Et qd predca facere poterant de iure quia tunc expirabat terminus cum tempus debet de momento ad momentu computari et si ulterius expectarent non haberent dnos congregatos coram quibus facerent ea que essent necessario facienda pro premissis et quantum ad ipos promotores pertinebat officii eorū erat ita facere. Deliberatio uero ad ipam Synodum pertinebat petens de hys omnibus publica Instrumenta. Tandem cum non constaret de adhesionem predicte uel alia satisfactioe efficacia ipius dñi Eugenij hñsqz Archiepo Spalaten et Ceruicem Epō per Illustrissimū dñm Wilhelmi ducem Bawarie sacri Concily nomine die ti Imperatoris protectorem et vicegerentem per organū discreti viri fris petri ordinis Canonicoꝝ regulariū sancti Augustini gratiose requisitis ut si adhesionem huiusmodi haberent illam sacro Concilio offerrent et ob hoc totus mūdus letaretur Alioqn sacri Concilii in suis agendis nullo modo perturbarent et ad ulteriorem die toꝝ decretorū pronūciationem et publicationem procedere permitterent. Et tamen neqz ad requisitionem prefati dñi legati neqz ad requisitionem ipius dñi ducis prefati Ambasiatores ipe aliquā adhesionem offerrent siue aliquā credentia exponere uellent Placuit die tis dñis Ambasiatoribus ipius dñi nri ipe die ti decreti prorogatio. Quibusquidem sic

perac<sup>is</sup> et die<sup>is</sup> Ambahatoribus a loco Sessionis rece-  
dentibus et se absentantibus prefatus Reuerendus pater  
dñs Epūs Lec<sup>tor</sup> de mandato sacri Concilij publice  
alta et intelligibili uoce loco ad hoc deputato huius decreta de  
uerbo ad uerbum legit et pronūciauit sub hys uerbis

## Acrosancta. zc. Dudū siquidē

11  
hec sanc<sup>ta</sup> Synodus uolens periculis et gra-  
uissimis scandalis que ex pñsa huius sacri Con-  
cilij dissolutione per dñm Eugeniū p̄pam quartum facta  
uniuersali ecclie notorie iminebat salubriter providere  
postquā reiterare exhortationes et requisitiones Synodi  
prefate et multoz<sup>q</sup> principum ac dñoz<sup>q</sup> specialiter ca-  
rissimi ecclie filij Sigismundi Romanoz<sup>q</sup> Imperatoris  
Illust<sup>ris</sup> et eiusdem ecclie Aduocati ut die tam dissolu-  
tionem reuocaret ac puram et simplicem adhesionem p̄-  
fate Synodo facerent minime profuerunt. Tandē iusticie  
zelo compulsa et ne morbus huiusmodi in exitū et scan-  
dalum intollerabile militantis ecclie perduraret. Die  
Terciadecima mensis Julij proxime preteriti in sollemni  
Sessione decretum monitoriū sub certis penis et in-  
alijs in eo contentis aduersum die tum dñm Eugeniū  
p̄pam decreuit Cuius tenor de uerbo ad uerbum subicitur  
et est talis. Sacrosanc<sup>ta</sup>. Cum autem die termini  
aduemente sollemniter in maiori ecclia Basiliē pu-  
blicam tenentes Sessionem sederemus seruatis seruandis  
ut si p̄pē dñs Eugeniū aut alius pro parte eiusdem com-  
parere et sacrum Conciliū de partitione contentoz<sup>q</sup> in  
decreto predic<sup>to</sup> certificare uellet facultatem haberet dilec-  
te ecclie filij Stephanus de Monaria legum doctor hugo  
Barardi de Forcellis huius sacri Concilij promotores pre-  
fati dñi Eugeniū p̄pē contumaciā nec per se nec per aliu  
de adhesionē sua pura simplici necnon de partitione oīm  
et singuloz<sup>q</sup> contentoz<sup>q</sup> in die<sup>to</sup> decreto que facere tene-  
batur accusauerunt et cum instanciam postularunt  
ut ad ulteriora aduersum eum prout exigeret iusticia  
procederemus. Cum autem circa processum huiusmodi  
intenderemus dilecti ecclie filij. Wilhelmus Bauarie



Dux huius sacri Concilij protector et Iohannes Offenburg  
 miles et Cuius Basiliensibus Credenciales in eorū personis  
 pro parte dicti carissimi ecclie filij Sigismundi Romanij  
 Imperatoris huic sacre Synodo directas alias in sacra  
 congregatione generali exhibitas et in vni eorū expli-  
 cata repetierunt. Quorū expositorū tenor in effec-  
 talis extitit. Reuerendissimi in xpo patres et dñi man-  
 dat nobis Illusterrimus et Inuicissimus Romanorū  
 Imperator ut solitas recomēdationes et oblationes sacratissimo  
 huic ecclie exhibeamus sui parte necnon perseverantiā animi  
 sui circa adhesionem continuo eidem Concilio faciendam  
 iuramus. Quod licet notissimū sit suam Serenitatem va-  
 rios nuncios et Oratoribus ac lris continuo dictum dñm  
 Eugenium p̄pam super adhesionē plenaria sacri Concilij soli-  
 citasse et exortasse etiam se ad ipm̄ personaliter m̄fferendo  
 non sine maximis periculis incommodis expensis Tamen  
 post habitam noticiam per lras sibi p̄tatas sacri Concilij  
 de decreto monitorio cum suspensionis pena cont̄ ipm̄  
 eum summā fecisse diligentiā Rome dum ibi fuit ut ad pa-  
 rendum inuicē per sacrum Conciliū inclinaret significare-  
 mus et cum speraret in ea re se posse proficere Cūqz ut asserit  
 inmemores existere non debeat de hys que in sacro Constā-  
 Concilio fecit pro vnione ecclie et de periculis et incommodis  
 que subiuit et que etiam passus extitit patiturqz pro isto  
 spem non mediocrem eum in v̄a beneficia recipere debetis  
 merito extimare. Nam exploratissimi sunt comeatus per  
 eum facti ad Cathaloniā et Gallias Angliamqz pro  
 sanctissima vnione ecclie et nouissime ad ytaliam pro  
 istius sacratissime Synodi felici progressu. Unde hac fidu-  
 tia fretus nobis inuixit ut cum maxima instantia pro  
 eiusdem parte eisdem v. r. p. rogaremus et imprecarem⁹  
 ut terminū alis sexaginta dierū dño Eugenio p̄p̄e p̄fixū  
 in proxima precedenti Sessione per triginta dies in eisdem  
 modis et qualitatibus prout est prorogare ad suam con-  
 templationem et singularem complacentiā dignaremini  
 Quod sacrum Concilium certificarem⁹ qd̄ de cetero  
 nullam aliam circa processum ipsius p̄p̄e peteret dilationem  
 sed libere permitteret per sacrum Conciliū procedi prout  
plurima caritate et benignitate tum per ipsius Synodi Ora  
tores tum per hanc tum etiam eiusdem dominum Eugenij  
Nuncios inducere curauit. Atq; etiam per aliquorum regum  
et principum Ambasiatores hortatus est ut pro xpi reue  
rentia et animarum salute salutari animarum gubernationi  
operam daret. Electiones proborum pastorum fieri assen  
tiret Beneficia a xpo gratis accepta gratis distribuere  
ceteraq; in edificationem ecclie ageret que iuxta canones  
sanctorum patrum eadem Synodus pro animarum salute  
et vniuersalis ecclie ordinauerat et que admodum sacrum  
Constantien Concilium irrefragabili et catholice uerita  
tis declaratione diffiniuit ut hys rebus que ad reformatio  
nem vniuersalis ecclie in Capite et in membris pertinent  
obedirent pariter quoq; notum sit quod sacra generalia Con  
cilia Jurisdictione supra papam uti possint cum clamorosa in  
firmatione uel alio modo ut scandalizator ecclie sacro Concilio de  
feratur Monuit quoq; hec sancta Synodus ipsum dominum Euge  
nium quatenus dignaretur ambulare vniuersim am con  
sensu eiusdem in domo dei et adhesionem quam litterarum suarum  
testimonio sollemniter huic eadem Synodo exhibuit factis  
et operibus adimpleret ut pax et tranquillitas salutaris  
per vniuersam iugeret eccliam Sed in aduersum procho  
lor Electiones pontificum et pastorum sedulo perturbare  
insum est. Translationes prelatorum eis iniuris con  
fiscorum prim et sacrorum canonum atq; sacri Concilij Con  
stantien Statutorum formam et tenorem facere diu  
siones scandala et scismata per singulas fere uacantes ecclias  
ingerere ut plurimum cui unus eligatur altero uero per  
ipsum suis reservationibus iniuriam prouidetur ymo et

aduersus filios obediencie qui decretis huius sancte Synodi  
obedire uoluerunt graues compertus est et fulminare omnes  
spes prohibito uoluntatis a beneficijs et dignitatibus mandando  
priuari inhabilitari et excommunicari. In collatione preterea  
seu expeditione dignitatum ac beneficiorum et aliarum rerum  
dispensatione etiam more in consuetum graues sumas pecuniarum  
exigere. Abusus pestiferos detestabili et horrenda specie  
Symoniacis labijs resperfos aduersus iura diuina et huma-  
na in animarum perniciem et ecclesiarum orbis non mediocre  
iudicij ac prouinciarum Regnorum et singularium patriarum  
depauperationem et exinanitionem cum pluribus fouere  
incrementis. Dignitatibus etiam seu uacantibus beneficijs  
prouidendo carnalitate affectu non iudicio rationis ne-  
que eos erigendo qui in ecclesijs proficere possunt sed quorum  
uel precibus delimitis extitit uel pro quibus quispiam ro-  
gasse compertus est. Aut quod deterius est qui ut bene-  
ficiati fierent muneribus impetrarunt Non aduertentes  
nichil esse quod ecclesie dei magis officiat quam quod indignum assu-  
mantur prelati ad regimen animarum. Sententias insuper  
Synodalibus sprete quas olim summi pontifices maxima ue-  
neratione prosequantur pensas appellationes ab eisdem  
interpositas admittit sententias huiusmodi expressse reuocando  
ipse insuper illos quos hec Synodus pro causis iustissimis  
alligauit soluere de facto conatus est nulla satisfactio-  
ne peracta. Ceterum cum deceat Romanum pontificem iux-  
ta sacrorum canonum et summorum pontificum instituta per  
fratres suos sacrosancte Romane ecclesie Cardinales  
qui sibi in executione sui officij coadiutores existunt sua  
exercere consilia ut ipsorum salubribus et prudentibus consilia-  
bus status ecclesie tam in spiritualibus quam in temporalibus  
rationabiliter dirigatur. Ipse dominus Eugenius etiam in rebus  
grauissimis minime eorumdem consilia requirere fertur qui  
sunt pars corporis sui. sed aliorum extraneorum consultacionem  
secutur que non ex rationis iudicio sed ex carnali affectu  
non nunquam prouenire uidentur. Dispensatione quoque sibi  
credita abutitur eam in dissipationem conuertendo et  
partem sibi datam in edificationem uertendo in destructio-  
nem. Plurima uero graua nobis omittentibus no-  
uissima occurrunt consideratione miseranda. Audiuim



quidem nuper Civitatem Pene-  
 ex Romanæ ecclie Cardinalibus consuevit insigniri per tole-  
 rantiam eius et suorū domesticoꝝ stipendys Romanæ  
 ecclie militantiū opera in ruinam miserabiliter decessisse.  
 Opera insuper plurima in eiusdem sancte Romanæ ecclie  
 patrimonio consuetudine aliquando prede exposita ut Opidū  
 Butry Bononie proximū aliquando solo equam. Et qui  
 augmentum efficere debuerat operatus est diminutionē  
 Cum tamen ex dignitate summi pontificis non peccandi licen-  
 tiam sed bene uiuendi necessitatem assecutus esse noscatur.  
 In operibus preterea fidem concernentibus cum hoc tempore  
 pro ycaemenico Concilio cum grecis celebrando ecclia indigeret  
 prout depiū indiget subuentioibus fidelū populoz. Ipse  
 substantiam eoz aliorū diuertere satagens et subsidia  
 fidei catholice multipliciter impediens. Indulgentias plena-  
 rias per loca diuersa multiplicasse dicitur absqz causis ur-  
 gentibus eas disseminando in grauem perturbacōm sāssimi  
 operis pro ipa fide orthodoxa per hanc Synodum inchoati  
 Aliaqz plurima hucusqz peregrisse atqz procurasse dicitur que  
 prosecutionē rez ad bonū fidei orthodoxe et eius promissionē  
 pertinentiū magnū impedimentum et multam retardacōm  
 attulerunt. Illud quoqz multa reprehensione in tanto pasto-  
 re dignū est qd' iuramentum in assumptione sui ad aplarū  
 apicem super certis ordinacionibus prestitum. Ac deinde  
 post ipsius assumptionē sub bulla sua sollemniter confirma-  
 tum minime seruasse dicitur. Sed quod dolent referimus  
 ut a pluribus asseritur et fama publica laborat ipm notorie  
 transgressus est. Deniqz ita eum agere conspiciat vniuersus  
 orbis. Nam hec que notorie dicuntur vniuersalē eccliam  
 scandalizantia recensemus ut occasione sui vniuersa ecclia  
 grauissimis turbacionibus subiaceat quibus nisi diuina  
 misericordia prouideat ruina prioribus inaudita seculis xpia-  
 no populo prospicitur imminere. Non autem solū in rez  
 spiritualium regimine hanc ipam ruinam consideramus  
 sed et in gubernacione temporalū dominioꝝ sancte  
 Romanæ ecclie notorios defectus attendimus quoz  
 alienatores honorem perdere fe. re. Symachus ipa decre-  
 uit. Quantus enim terras ipse dñs Eugenius alienauit  
 Quanteqz eius incuria et insolerti regimine deperdite

et occupare sunt. Quamvis strages subditorum Romanæ ecclesie  
quos etiam ut Bononiensium Civitas in suis suppositis attestari  
potest et peremptos audivimus sine penitentie et Eucharistie  
sacramentis. Quam etiam miseranda uas latro suo tempore  
subsecutum fuerit notoria facta testari videntur. Expecta-  
vit autem iam plurimis annis hec sancta Synodus cum  
multa patientia ut hec omnia dominus ipse Eugenius corrigeret  
atque in melius emendaret ac ueluti incesserentem christi et  
petri successorem decet totum orbem exemplo bonarum ac bono-  
rum in viam salutis dirigere studeret. Dum uero uidemus  
cuncta uigiter impetius ruere et omnia magis conturbari  
plurimis auxiliamur doloribus ac uehementer gregi domino  
compatimur quem in totalem uero desolationem per max-  
imum scandalorum diuisionem ac uitiosorum deformitatum  
decidere formidamus nisi debito regimini ecclesie de conue-  
niens prouisio apponatur et consulatur publice salutari.  
Videns itaque hec sancta Synodus que per summariam infor-  
mationem ex habundanti factam ipsum dominum Eugenium  
in predictis publice et notorie diffamatum comperit ne-  
cessitatem prouidendi debito regimini ecclesie imminere ut si  
Concilium congregatum non esset summe necessarium foret  
pro his rebus ipsum congregari. Attendens preterea i iudicio  
dei oportere reddere rationem super tantorum dissimulatione  
malorum et scandalorum quibus corrigendis pro salute to-  
tus christiane plebis ex officio suo totis uiribus incumbere  
tenetur et ex pietate quam super cunctos fideles cuiuscuque  
aue territoris etiam si ipsius existant a christo accepit iux-  
ta supradictam declarationem in Concilio Constantien-  
si habitam et in hoc presenti dudum renouatam tum etiam  
coram deo et hominibus grauissime reprehendenda ue-  
niret si in hac urgentissima ecclesie necessitate suum officium  
prout tenetur exequi negligeret. Decernit ut infra sexa-  
ginta dies adie pietatis Sessionis et affixionis numeran-  
dos que terminum prefato domino Eugenio peremptorie presi-  
git si qua interim coram hac sancta Synodo super pre-  
missis et alijs proponendis pro sua defensione aut excusa-  
tione alleganda uel proponenda dixerit per se uel alium ad  
hoc legitime deputatum coram eadem Synodo Basilee com-  
pareat. Die uero autem termino elapso siue die tertius dominus

Eugenius per se uel alium comparuerit siue non hec sc̄a Synodus ad ulteriora procedet cognoscendo et terminando per ecclie sc̄e dei spiritu sc̄o die tante conspexerit expedire. Vniuersis insuper sancte Roman̄ ecclie Cardinalibus in uirtute sc̄e obediē et sub pena al̄s pres̄titi huius sacro Concilio per se uel aliu nomine suo iuramenti Et quo ad eos qui iuramentū non pres̄titerunt sub pena priuationis fructuū suoz̄ beneficior̄ mandat et precepit ut infra eundem terminū in hac Ciuitate Basiliē compareant salua sc̄e matris ecclie cum ceteris in Synodo congregatis consulturi et oportune prouiduri prout spiritus sanctus die tauerit. hoc ipm̄ quoqz̄ uniuersis principibus et populis xpianis innotescere uoluimus ut uidentes sancte matris ecclie et uniuerse xpianitatis angustias in unam sententiam pro honore dei creatoris nr̄i et animar̄ salute pariter conueniant et quod toti orbi salutare fuerit cōmuni consensu amplexeantur. Decernit tandem hec sc̄a Synodus huius decreta publicationem in p̄nti Sessione factam eiusqz̄ affixionem in ualuis maioris ecclie Basiliē un̄ h̄c mentionis et citationis quo ad om̄es et singulos actus in hac re fieri necessarios usqz̄ ad finalem terminationem etiā ad Sniam diffinitiuam audiendum et eius Executionem faciendum inclusiue et ita uniuersos artare ac si personaliter apprehensi et eis intimatum fuisset. Dat. Basilee in nr̄a Sessione publica sollemniter in ecclia maiori Basiliē celebrata pridie kl. Augusti. Anno a Natiuitate domini Millesimoquadringentesimo tricesimo septimo.

Sessione vice sima septima

## de sacrosancta r̄. Ad perpetuam

rei memoriam. Tantam reuerentiam sacris canonibus generalium Concilioz̄ sancti pres̄ consueuerunt adhibendam ut uolatores eoz̄ uoluntarios grauissime uindicarent et unūquēqz̄ in sui ipsius destructione agere arbitrarentur ea destruere conante que uniuersali consensu fuerunt instituta. Grauis quoqz̄ exinde iactura toti ecclias̄tico immineret ordin̄. Si decreta sinodalia Concilioz̄ generaliu quibus neruis regule ecclie sc̄e h̄c et discipline salutaris innititur per cuiuscūqz̄ uo

luntatem et maxime sedente adhuc ipa vniuersali S modo ob  
rumpi sinerentur. Dudum autem hec sancta Synodus super  
Cardinalibus sancte Romanæ ecclie assumendis iuræ certū  
edidit duo salubria decreta. Quoz tenores ad lucidiorem  
vniuersoz informationem de uerbo ad uerbum huic inserē  
et inuouare decreuimus. Tenor primi decreti.

II

Cum multiplicatio Cardinaliū sit ecclie dispendiosa et o-  
nerosa propterea et ex alyis rationibus et legitimis causis ean-  
dem Synodum mouentibus Statuit ordinat atqz ex certa  
sciencia hoc irrefragabili decreto decreuit ipa scā Synodus  
qd' durante hoc sacrosancto Concilio Romanus pontifex  
a loco huius sacri Concilij absens personaliter non debeat nec  
possit aliquem uel aliquos cuiuscūqz dignitatis uel conditio-  
nis gradus uel status existant in scā Romanæ ecclie Car-  
dinalem seu Cardinales quouis modo aut quocūqz questio-  
colore uel causa assumere uel pronuntiare secrete aut publice  
aut pronūciatos et assumptos secrete publicare Et si seais autem  
ptatum fuerit exnūc manea irritum sit et mane nulliusqz  
roboris uel momenti. Qd' si forsan taliter de scō assumpti  
aut pronūciati se pro Cardinalibus gerere aut nominare pre-  
sumpserint quibuscūqz dignitatibus priuati et ad omēs et  
singulas futuras inhabiles ac quicūqz eos pro Cardinalib'  
gerentes et reputantes exnūc prout extunc snia Excom-  
munications inuodati sunt ipō scō a qua preterquā in mortis ar-  
ticulo nisi a prefata Synodo Absolutionis siue habilitationis  
beneficium obtinere non possint. Tenor secundi decreti.

III

Cum sūmo pontifici sancte Romanæ ecclie Cardinales  
in dirigenda xpiana republica Collaterales existant nāc  
est ut tales in stituantur qui sicut nomine ita re ipa Car-  
dinales sint super quo hostia vniuersalis uersentur et susten-  
tentur ecclie Statuit igitur scā Synodus ut demaps eoz  
numerus adeo sit moderatus qd' nec sit ecclie grauis nec super-  
flua numerositate uilescat. Qui de omnibus xpianitatis  
regionibus quantum fieri comode poterit assumant ut no-  
ticia rez in ecclia emergentū facilius haberi et super hys  
maturius deliberari possit. Sic tamen qd' numerus vigin-  
ti quatuor inter hos qui nūc sunt et assumendos nō exce-  
dat Ita qd' de vna Natione ultra tertiam partem respici  
Cardinalium pro tempore existentiū ac de vna Ciuitate

et dyocesi ultra unū inde oriundum et de ea Natione que nunc  
 ultra tertiam partem habet usq; ad ipsius tercie partis reductōm  
 esse nequeant sint viri in scientia moribusq; ac reſſ experientia  
 excellentes non minores triginta annis / magr̄i / doctores  
 seu licentiatī cum rigore examinis in iure diuino uel hūano  
 Sit saltem tertia uel quarta pars de magr̄is aut licentiatīs  
 in sacra scriptura. Inter hos autem uiginti quatuor esse aliq̄  
 poterunt ad modum pauca filij fratres aut nepotes Regum  
 seu magnorū principum in quibus cum circūſpectione et  
 maturitate morū competens hūmilitas sufficiat. Non fiant  
 Cardinales Nepotes ex fratre uel sorore Romani pontificis  
 aut alicuius Cardinalis uiuentis. Non illegitime nati / nō  
 corpore uiciati / nec alicuius criminis aut infamie nota  
 resperſi / Preterea autem numero uiginti quatuor pro mag  
 na ecclie necessitate uel utilitate duo alij in quibus uite ſātas  
 uel cymne uirtutes refulgeant / quāquā memoratos gradus  
 non habeant ac de greas cum Romane ecclie vni fuerint  
 insignes aliqui uiri adici poterunt. Non fiat Cardinaliū  
 Electio solum per auricularia uota sed illi solum assumi  
 possint in quos factō uero ſacramento ac publicato maiorem  
 partem Cardinaliū per subscriptionem manus proprie consti  
 terit collegialiter concessisse / Desuper etiam aplice hē cum subscrip  
 tione Cardinalium conficiantur / decreto huius sacri Concilij i  
 quarta Sessione ſollenmter publicata quod incipit / Cū multi  
 plicatio Cardinalium rē in ſuorobore inuolabiliter p̄mansuro.  
 Aduersus autem premissorū decretorū mentem et tenore  
 nuper non sine graui dolore / comperimus venerabilem Johē  
 patriarcham Alexandrinū in sacrosancte Roman. ecclie  
 Cardinalem haec de factō et nulliter per dñm Eugenū p̄pam  
 fuisse assumptum. Cum nec sumus pontifex absens a loco hui⁹  
 sacri Concilij ipm in Cardinalem creare debuerat contra  
 primū decretum in sua adhesionē ſollenmter approbatū neq;  
 proportionem singulis Nationibus conuenientem et quali  
 tates in secundo decreto descriptas omittere sicut in p̄mōtione  
 dicti patriarche ſan̄ esse comperitur. Et cum frustra hec  
 ſcā Synodus iura conderet nisi sua auctoritate quā ex xp̄i  
 dono immediate suscepit eadem tueretur. Utq; galasius papa  
 profiteretur et nullum iam ueraciter xp̄ianū ignorare credit  
 vniuersarūq; Synodi constituti qđ vniuersalis ecclie

probaunt assensus nullam magis exequi sedem ac pre ceteris  
oportere quā primā necessitasq; urgeat illis transgressionibus  
Iurū occurrere ex quibus quā plures illaqueationes animarū  
et graua infuturum fasmatū prouenire ualerent. Nam et  
qui talem Cardinalem reputant iuxta supradic- ti decreti te-  
norem vinculo Excomunicacionis eo ipō innodantur. et in-  
futurum Electioni Romanorū pontificum varia fasma-  
ta poterunt exoriri si prectensi Cardinales quorū irrita et  
inanis promotio decreta extiterit huiū electionibus se uolu-  
erunt imiscere. Ad obuandum itaq; tantis discrimmibus  
admonet et exhortatur prefatum dñm Eugenū sub obtesta-  
tione diuini iudicij et per uiscera misericordie ihu xpi et ei-  
dem ex parte dei omnipotentis precepit atq; mandat ut pro  
futuroz fasmatum et scandaloz euitacione predic tam et  
alias quascunq; uocationes pereum sac- tas ad Cardinala-  
tus honorem contra predic toz decretorū formā et teno-  
rem sicut defac to processerunt renocet casset publicā et  
annullet nullasq; fuisse et esse decernat prout hec sancta  
Synodus hoc synodali decreto sicut defac to processerunt  
eas cassat irritat pariter et annullat nullasq; cassas et  
irritas decernit atq; declarat ulteriusq; a talibus uoca-  
tionibus abstineat alīs prouidebit hec scā Synodus pro  
ut spiritū sancto die tante utilitati ecclie uiderit expe-  
dire. Declarat insuper hec sancta Synodus vniuersos  
qui prefatum Johannem patriarcham aut alios taliter de-  
fac to promotos pro Cardinalibus gesserunt et reputa-  
uerunt penas in prefatis decretis annotatas eo ipō incur-  
rere. Dat. in sessione nrā publica in maiori ecclia Basi-  
lienī sollemniter celebrata vi. kal. Octobris. Anno a Na-  
tuitate dñm Millesimoquadringentesimotriacesimo  
septimo.

Cassatio hāz falso bullatoz

**acro sancta sc̄ Ad perpetuam me-**

IV  
memoriam. Cum dudum ex ordinatione nrā  
concorditer conclusa hē sub bulla huius sacri  
Concily super nominatione locorū Basilee Aunionis  
et Sabaudie pro celebrando yuuenitio Concilio in ad-  
uentu grecorū fuerint expedite. Et deinde ad noticiam

94

nrām peruenierit quasdam alias lrās nominationem Flo-  
rentie et vtrū continentēs claudes tunc et contra ordina-  
tionem huius sacri Concilij fuisse bullatas. Cupiens hec  
sanctū Synodus vniū quēqz de hys rebus ueraciter infor-  
mari ne quēpiam falsa pro ueris recipiendo decipi contin-  
gat decernit et declarat omnes lrās continentēs nomina-  
tionem quozf cūqz alioz locozf p̄r antedicto Concilio  
celebrando p̄ter iamdicta loca Basilee Aunimonen  
et Sabaudie quibus bulla sacri Concilij inueniretur ap-  
pensa fuisse false bullatas et contra huius scē Synodi or-  
dinationem nec lrās talibus ulla fidei esse adhibendā  
aut ipis seu eazf transumptis quacūqz auctōritate  
etiam si p̄pali transumptis fuerint esse utendum huiusqz  
lrās sic falso bullatas cassat irritat et damnat et cassas  
et irritas esse decernit. Inhibens omnibus et singulis qua-  
uis dignitate p̄fulgeant etiam si legatione p̄pali de latere  
dispositione mandato uel quauis alia seu alio fungerent  
sub penis excommunicationis quā ipō factō incurrant ac  
inhabitationis ac tunc et passim ad quasūqz pontifica-  
les aut alias dignitates ecclias tunc uel seculares et ad  
beneficia obtenta et obtinenda ne prefatis lrās falso bullatis  
aut eazf transumptis utantur aut utentibus auxilium  
consilium uel fauorem in hys prestare presumant. Dat  
ut supra.

**Q**d Civitas Aunimonen non potest alienari Et  
q̄ recipitur in Saluaguardia Concilij.

## acro sancta ꝛ Ad futurā rei

memoriam. Cum nrā sollicitudo ad hoc  
inter alia uigiter aspiret ut scā p̄sertim Ro-  
mana ecclia feliciter in spūalibus et tempora-  
libus gubernetur. simul quoqz cum uirtutum ornata  
temporalium rerum obtineat ubertatem sine quibus  
spiritualium administratio diu subsistere non ua-  
leret. p̄sca quoqz p̄s hac consideratione permoti lar-  
gam predioz dominioz et possessionū amplitudinē  
ipi ecclie acquirere curauerunt quozf alienationem sing-  
grambus penis censuerunt prohibendam adeo ut Syma.

ebus ppa spiritu dei repletis in suo canone decreuerit. etiam  
ppe non licere predia ecclie alienare aliquo modo pro aliqua  
necessitate nec in usufructum rura tradere nisi tantummodo  
domus que in quibusdam urbibus non modica impensa  
sustentantur. Qualege omnes custodes prelatos astrin  
gi uoluit ut donator assensator uenditor honore perderent  
et qui subscriberet cum eo qui reciperit nisi restituerit  
anathema foret. licere etiam uoluit quibuslibet ecclias  
eis personis contradicere et cum fructibus aliena reposce  
Quod non tantum in aplice ecclia seruandum esse dixit  
Verum etiam uniuersis ecclis per prouincias arbitratus est  
conuenite. Nos eozf uestigia imitando uigilanter  
curare conuenit ne quidquam terrazf et possessionu que  
iam deo et ipi Romane ecclie in sustentatione summi  
pontificis et ministrorzf suorzf dedicate sunt distrahi  
a quoquam uel alienari paciamur Illa presertim loca insigni  
tia in quibus necessitatis tempore libere ualeat Roman  
pontifex cum sua curia comorari ubi nullus secularis po  
testatis metus exterrear/ nullus temporalis fauor ab  
sorbeat/ nullus terror imineat/ nichil suam scitatem et  
venerabiles sancte Romane ecclie Cardinales a uero  
et ueri Concily soliditate remaneat/ cum non absqz pro  
uisione diuina ipa loca aplice sedi peruenisse credant  
Ex hys autem causis et alijs nos iuste et merito mo  
uentibus prouisione congrua occurrere duximus Ne  
melius Cuius Auniois que se semper deuotissimam  
et fidelissimam ecclie exhibuit et nouissime infidei catho  
lice obsequiu de suis facultatibus copiosissimam subuen  
tionem pro unione grecorzf cum latinis prosequenda  
ministrant/ quoqz parte ab ipius Romane ecclie do  
minio alienetur aut ad manus alienas transferatur.  
Cum ex hys et alijs ecclie uniuersali per ipam meliorem  
Cuius impensis obsequijs non impet non damni  
ficari non in alios usus alienari sed beneficijs attolli  
merito debeat ecclias tics enim utilitatibus infidi  
antes ecclias tica digni est remuneratione gaudere  
Decernit igitur hec sancta Synodus ut nullus cuius  
cuqz dignitatis uel preeminentie fuerit etiam si pialis  
Cuius predic tam et etia Comitatu uenayssim



20  
cum terris dominis sibi adiacentibus audeat uel presumat  
quouis modo seu iuris colore quesito uendere, pignori obli-  
gare, aut in feudum uel censum dare aut quouis modo a-  
lienare. Quod si secus per Romanum pontificem, aut  
alium quemlibet actum sit de preteritis uel in futurum agi con-  
tingat hec sancta Synodus totum id et quicquid inde se-  
quatur ex nunc prout extunc cassat irritat et annullat  
et omni carere decernit robore firmitatis atque etiam statu-  
tut quod ipse Romanus pontifex uel alius quouis quodque  
contra huiusmodi decretum attemptauerit sacro gene-  
rali Concilio deferatur. Recipientes quoque etiam si  
Cardinalatus patriarchali uel pontificali Imperiali re-  
gali ducali uel alia quauis ecclesiastica uel seculari pre-  
fulgeant dignitate uel etiam si Communis fuerit de-  
cernit hec sancta Synodus penis excommunicationis priuatio-  
nis cuiuscumque dignitatis ecclesiasticae uel secularis etiam  
omni feudorum specialiter que a Romana uel alia tenent  
ecclesia subiaccere necnon perpetue inhabitationis ad quas-  
cumque dignitates ecclesiasticas uel seculares et quecumque  
beneficia et officia impotest obtinenda. Communitas  
uero ecclesiastica interdicto ultra penas supra expressas  
sibi conuenientes eo ipso subiaceat quas penas tam singu-  
lariter singuli qui aliquid predictorum attemptauerint  
ipso facto incurrant. Insuper Ciuitatem predictam  
Auiuionensem que magnam ab uniuersali ecclesia promere-  
tur mercedem. Cuius indignissimum esset pro eius optimis  
meritis mala queuis per aliquem irrogari presertim cum  
multa contra ipsius Ciuitatis statutum in eueruacione  
disturbum et dissolutionem huius sancte Synodi et  
suoꝝ sanctoꝝ operum attemptari et machinari possent  
Quibus hec sancta Synodus non ualeret ex post facto  
saltem comode et sine graui damno prouidere. Cumque  
iam ipsi Ciuitati et Ciuibus graua comminata sint ue-  
luti ex informatione sumaria conperimus eadem sancta  
Synodus Ciuitatem ipsam et supposita eiusdem in suam  
et ecclesie uniuersalis quam representat specialem protec-  
tionem ac saluamguardiam suscipit et reponit prohibes  
sub penis predictis omnibus et singulis quacumque digni-  
tate uel preeminencia ecclesiastica uel seculari etiam si

Cardinalatus patriarchali pontificali Imperiali Regali  
Ducali uel alia qualibet prefulgeant dignitate uel etiam si  
Comunitas fuerit ne ipsi uel eorum aliquis directe uel indirecte  
Civitatem predictam diffidare perturbare inuadere uel inqui-  
etare temporaliter uel spiritualiter aut eius habitatores vio-  
lenter capere aut in personis uel bonis eorum damnificare  
atque molestare presumant. Quod si quis fecerit penas supe-  
rius expressas ipso facto incurrat. Romanus uero pontifex  
si aliquid premissorum attemptauerit sacro Concilio deferatur  
Et ipsa attemptata nullatenus ipso facto subiacent. Et quoniam id  
quoque pariter indignum esset ut uenerabilis Petrus Episcopus  
Albanensis sancte Romanę ecclesie Cardinalis de fructu  
uulgariter nuncupatus et apostolice sedis legatus qui ad ipsius  
Civitatis Ammonitionem Ammonitionem et Comitatus Wnaysing  
predicte gubernationem deputatus est. Quorum pro ex-  
peditione subsidiorum sancte Romanę ecclesie presbiterorum  
in eadem Civitate Ammonitionem ad prosequendam unionem  
Grecorum fideliter et efficaciter laborauit huic sancte Synodo  
se obsequentissimum exhibendo per quemquam uexaretur in-  
quietaretur aut molestaretur. Cuius etiam perturbatio  
et molestatio in magnam dispendium et grauem calamita-  
tem ipsius Civitatis Ammonitionem uersimiliter prouenerit  
Ideo sub eadem protectione ex premissis causis recipit  
hec sancta Synodus eundem uenerabilem Petrum Episcopum  
Albanensem et suos familiares domesticos et continuos com-  
mensales decretoque presenti pariter prohibet eadem sancta  
Synodus sub penis antedictis ne quisquam cuiuscumque  
dignitatis etiam si Cardinalatus patriarchalis pontifica-  
lis Imperialis Regalis Ducalis aut alterius uel etiam Co-  
munitas ipsam et suos predictos inuadere diffidare mole-  
stare aut de suis beneficiis bonis et rebus quibuscumque per-  
turbare presumat uel spiritualiter seu temporaliter quo-  
quo modo contra eundem et eosdem procedere. Si uero Ro-  
manus pontifex aliquid predictorum attemptauerit sacro  
Concilio deferatur. Similique nullatenus uitio in contrarium  
attemptata eo ipso subiacerent. Quodque absolutio et relaxa-  
tio a predictis Excommunicationum preterquam in mortis ar-  
ticulo ac interdictionis et inhabilitationis et ceterarum penarum  
sententiarum sacro generali Concilio reseruata intelligatur

91

Dat. in Sessione nra publica in ecclia maiori Basiliensol-  
lemniter celebrata vi. kl. Octobris. Anno a Natiuitate  
dni Millesimoquadringentesimo tricesimo septimo.

Sessio vicesima octaua Actusatio  
contumacie domini Eugenij pape.

## IE MARTIS prima mensis octo

bris. Anno a Natiuitate domini Millesimoqua-  
dringentesimo tricesimo septimo In ecclia maiori

Basiliens in qua Sessiones presentis sacrosancte generalis  
Synodi Basiliens Sessione hoc modo extitit celebrata iudeli-  
missa sollempni de spiritu sancto per Reuerendum preem  
dum Epim viceem Nationis melite hispanie celebrata Et  
denum suffragijs antiphona Exaudi etc. letanys Euangelio  
secundum Mattheum Accesserunt discipuli ad ihum dicetes  
Quisputas est maior in regno celoz etc ac hymno Veni  
creator spiritus cum versiculo ac Colla et orone. deus qui  
corda decantatis. presidente in eadem Sessione prefato Re-  
uerendo pre Epō viceem ante maius altare ubi dicta missa  
celebrata extitit in pontificalibus cum mitra aurifabrata  
in cathedra et sede eminentiori pluribusqz alijs dnis prelati-  
cum mitris planis et plumatis ut in talibus in eadem  
Synodo fieri solitum est superioribus et eminentioribus  
sedibus suis locis tam a dextris qua sinistris considentibz  
in multitudine copiosa qua pluribusqz dnis eccliaisticis  
diuini et humani iuris magistris doctoribus et scientificis  
viris principum spiritualium et temporalium ac almarf  
vniuersitatum studioz generalium Nuntijs et Ambasi-  
atoribus ac alijs de diuersis mundi partibus ibidem astan-  
tibus in magno numero et multitudine copiosa eandem  
sanctam Synodum eccliam vniuersalem representantem celebra-  
tibus constituta in iure coram eadem Synodo pro tribu-  
nali sedente venerabiles viri dni promotores et procurator  
fiscalis eiusdem sancte Synodi per organum dei procuratoris  
fiscalis sua uerba eidem Synodo in personam dicti dni Epī  
viceem presidentis dirigentes audientiam publicam ibidem tunc  
sibi dari et concedi Ad hanc horam humillime et instanter  
petierunt supplicarunt et postularunt Cui supplicationi eade

*celebrari solet vicesima octaua  
ipius sancte Synodi*

Synodus per organū ipsius domini presidentis annuit. Tunc  
idem dñi promotores et procurator decretū originale monito-  
riū siue Citatoriū ab eadem sancta Synodo emanatū contra  
sāssimū dñm nr̄m pp̄am Eugeniū quartum eius Synodi uera  
bulla plumbea impendenti bullatum de quo in cedula infra sc̄pta  
fit mentio Necnon Instrumentum publicum Executionis  
eiusdem per affixionem in ualuis predc̄e ecclie Basiliē die  
date ipsius decreti facte una cum cedula accusationis conti-  
marie ipsius dñi nr̄i pp̄e quam accusarunt atqz peccerunt  
ut in eadem per ip̄m procuratorem alta et intelligibili uoce  
lecta continetur. Cuius cedule tenor sequitur in hec ūba

**R**euerendissimi Reuerendiqz in xp̄o pr̄s ac  
vniuersi domini pres̄tantissimi hanc sacrosanc̄tam gene-  
ralem Synodum Basiliē vniuersalem eccliam rep̄sentantem  
constituentes et celebrantes Cum iam dudum videlicet p̄ die  
kl̄ Augusti anni presentis millesimi quadringentesimi  
tricesimi septimi hec sancta Synodus considerans mala dif-  
formitates et scandala ac pericula que in ecclia dei hactenus  
inguerunt prout adhuc ingunt quibus corrigendis pro sa-  
lute totius xp̄iane plebis ex officio suo totis uiribus suis in-  
cumbere tenetur etiam ex p̄tate quam super cunctos fideles  
cuiuscunqz auct̄oritatis etiam si pp̄alis existat a xp̄o ac-  
cepit contra sāssimū dñm Eugeniū pp̄am quartū quoddā  
Citatoriū per edictum quāsi per se uel aliu ad hoc legitime  
deputatum coram eadem sc̄ta Synodo de et super contentis  
in dicto Citatoriū decreto et alijs proponendis infra sexa-  
ginta dies s̄ spacium pro sui defensione aut excusatione  
alleganda uel proponenda compareret terminū peremptoriū  
eidem s̄ tacendo ut in eo latius continetur decreuerit.  
Quod quidem Citatoriū in p̄nti Ciuitate et in ualuis  
huius maioris ecclie Basiliē iuxta illius formā et tenorē  
per edictum executum fuerit et debite executioni deman-  
datum. Nos Bartholomeus de Brayno et Johannes Sparsery procur̄  
fisialis ac Officiarij huius sacrosanc̄te Synodi bullam  
Citatoriū dicte sancte Synodi uera bulla plumbea bullatā  
una cum Instrumento Executionis Citatoriū ut premit-  
tatur facte realiter facto et in scriptis offerimus repre-

sentamus et producamus ac prefati sanctissimi domini Eugenii per se uel alium cum sufficienti mandato infra dies sexaginta dies in ipso Citatorio sibi prefixos per se aut alium non comparentis neque comparere curantis licet sepius ipse sancta Synodus quamplures celebrauerit congregationes in quibus aut ipsa aliqua ipse dominus Eugenius comparere infra dictum terminum potuisset contumaciam accusamus ipseque contumacem reputari ac in contumacia et defectu poni et declarari per hanc sanctam Synodum petimus cum instantia atque postulamus. Necnon eundem dominum Eugenium alta uoce ad ualvas huius maioris ecclesie Basiliensis per duos Reuerendos in christo presbiteros dominos Episcopos unacum Notariis huius sacri Concilii iuxta mores antiquos et uocari Et relationem uocationis fieri instantiter requirimus. De quibus omnibus per nos promotores et procuratorem fiscalem antedictis diebus propositis et requisitis nomine quo supra a uebis Reuerendis presbiteris dominis prothonotariis ac etiam huius sacri Concilii Notariis et scribis petimus ad futuram rei memoriam unum uel plura publica uel publica confici instrumenta

**AD QUORUM** petitionem et mandatum ipsius Synodi lecto prius predicto Executionis Instrumento et dicto Citatorio seu monitorio deacto cum in eodem loco dum editum fuit emanatum aliter lectum fuisset habito pro lecto Reuerendi in christo presbiteri et domini domini Matheus Albinganensis et Aymo Gratianopolitani Episcopi de mandato predictae sanctae Synodi per organum diei domini presidentis eis factum dum nunc ipsam primo super gradus antedicti maius altare alta et intelligibili uoce per organum ipsius domini Episcopi Albinganensis uocarunt et proclamauerunt clamorosa insinuatione sub his uerbis Ex parte sacrosanctae Synodi publice et sollempniter requiritur. Sanctissimus dominus Eugenius pro parte quibus quis si iugore Citationis contra eum nouissime per eandem sanctam Synodum decrete duxerit se conspectui huius sanctae Synodi presentandum ad se defendendum et excusandum super his de quibus huic sanctae Synodo delatus est compareat coram hac sancta Synodo ad hunc actum pro tribunali sedente que eidem pollicetur gratam et debitam audientiam. Similiter ex parte eiusdem sanctae Synodi

omnibus manatur quis siquis sit qui mandatum habeat  
sufficiens ad comparandum pro eodem dño Eugenio comparare  
ac coram eadem sedente ut supra hec autem sancta Synodus  
pollicetur aulibet exigente ius tunc audiam gratam.

**Quidñs nñ ppa** sic uocatus et proclamatus  
Nec aliquis pro eo comparuit nec respondit. Unde ipi duo  
dñi Ep̄i ante ualuas seu portas ipsius ecclie accesserunt. Et  
iterum et cum pausata intermedia iustantia crina in ce  
alta et intelligibili uoce et clamorosa insinuatione prefati  
dñm nr̄m p̄pam per organū cuius supra uocauerunt et  
proclamarunt sub eisdem uerbis superscriptis prout etiam  
prouidi uiri Arnoldus amicus Johannes Kempner et  
Gottfridus dorf ten ipsius sancte Synodi Cursores uoci  
bus eleuatis reiteratis uocibus uocauerunt et proclama  
uerunt. Quia dñs nñ p̄pa Eugenius nec aliquis pro eodē  
ibidem comparuit neqz respondit. Quibus sic lectis  
ipi duo dñi Ep̄i conspectum ipsius sancte Synodi in  
mediū reuersi se predcā dñm nr̄m p̄pam ut superscriptum  
est uocasse et proclamasse et per dictos Cursores procla  
matum et uocatum fuisse. Quodqz nec ip̄e nec aliquis pro eo  
comparuerat neqz responderet eidem sancte Synodo retule  
runt preterea prefati promoueres et procurator fiscalis per or  
ganū ipsius procuratoris contumaciam prenominati dñi  
nr̄i ip̄e iterato accusarunt. Ip̄sqz super omnibus et singulis  
in dicto Citatorio decreto contentis contumacem reputari  
et ad ulteriora procedi et alis decerni et fieri ut in quadam  
aliaedula per ip̄m procuratorem etiam alta et intelligibi  
li uoce ibidem lecta continetur. Cuius tenor talis est.

**Nos promoueres** et procurator fiscalis antedicti  
quo supra nomine istum uocationem et relationem ut  
premittitur factas inter acta huius cause et sacri Con  
cily petimus registrari dic tamqz Citatory bullam et in  
strumentum Executionis prout superius producta sunt  
iterato repetimus et reproducimus et apud acta cause sa  
cri Concily et cause huiusmodi inseri et registrari petimus  
Et quia prefatus dñs Eugenius de et super contentis in dicto  
Citatorio legitime citatus sufficienterqz expectatus nec

per se nec per alium infra dictos Sexaginta dies curavit  
 atq; curat comparere ipsius contumaciam accusamus  
 Ipsumq; super omnibus et singulis in dicto Citatorio decreto  
 contentis prout iusticia suadet et iuris ordo postulat  
 atq; rationis contumacem reputari. In causaq; huiusmodi  
 in eius contumacia eius absentia diuina repleta potestate  
 ut ipsi sancto Synodo videbitur expedire et vniuersali ecclesie sancte  
 dei necessarii fuerit et utile ad ulteriora procedi ac processum  
 per audientiam contradicentium aut aliam prout videbitur de  
 cerni per ipsam sanctam Synodum iustitissime postulamus  
 requirentes dominos et Notarios huius sancte Synodi ut  
 omnia in causa huiusmodi acta et producta ac ordinata apud  
 actum sacri Concilii et cause huiusmodi registretis nec  
 non quo supra nomine a vobis dominis prothonotariis et  
 Notariis petimus ad futuram rei memoriam vnum uel  
 plura confici instrumenta.

**Huiusmodi** Cedula sic facta et per eandem Synodum  
 audita ipsa sancta Synodus per organum predicti domini presidentis  
 precepit et iunxit prefato domino Episcopo Albinganen ut am  
 bonem in quo decreta ipsius sancte Synodi per eandem sanctam  
 Synodum promulgari et legi seient dum eduntur ascen  
 deret declarationemq; contumacie prenominate domini nostri  
 ipse alta et intelligibili uoce nomine ipsius sacrosancte  
 Synodi legeret et promulgaret prout infra. Quinque  
 dominus Episcopus Albinganen mandatis ipsius Synodi obediens  
 die tunc ambonem ascendit die tanq; ipsius domini nostri  
 ipse contumacie et processus ad clariorem declarationem  
 inscriptis alta et intelligibili uoce nomine ipsius sacro  
 sancte Synodi legit et promulgauit ut in cedula per eum  
 lecta continetur cuius tenor sequitur sub hys uerbis

**hec sancta Synodus** Basiliens in spiritu sancto  
 legitime congregata uniuersalem ecclesiam representans  
 et ad huiusmodi actum legitime congregata et pro tribunali  
 sedens audita petitione promotorum et procuratoris fiscali  
 eiusdem sancte Synodi ut ex eorum relatione et productione  
 instrumentorum iura eiusdem domini Eugenii pape  
 contumacia in non parendo Citatorio eiusdem sacri

Concilio receptam etiam supra hoc ad maiorem cautelam per  
deputatos eiusdem Synodi informationem cum de predictis  
quã de noticia eiusdem Citatorum in Roman. curia decernit  
declarat et reputat ipm dnm Eugenium legitime citatum  
sufficiensq; expectatum fuisse et esse contumacẽ ac eius  
absentia non obstante diuina eadem repleta presentia  
contra eundem dnm Eugenium ipam ad ulteriora fore pro  
cedendum prout sacro Concilio uidebitur consideratis ne  
cessitatibus et utilitatibus vniuersalis ecclie .

**Qua siquidem** Contumacie declaratione et pro  
cessus decreto sic lecto ipse prefatus dñs Epus Albinganen  
peccat eidem sacrosã Synodo an huius declarationis et decre  
ti pronũciatio per ipm de mandato scã Synodi ut prefertur  
facta et lecta ipi sancte Synodo placebat Que sacro  
scã Synodus alta uoce respondit per uerbum placet nemine  
contradicente uel in aliquo in contrarium se opponente. De  
quibus omnibus et singulis premissis prefati dñi promo  
tores nomine promotoris eiusdem peccarunt a dñis pro  
thonotarijs sancte sedis aplice et nobis Notarijs et Scri  
bis ipsius sancte Synodi ad perpetuam rei memoriam  
fieri unũ uel plura publicam uel publica Instrũ uel Instrũ

**Celebrata** siquidem sollempniter extitit p̄dca Sessio .  
et acta fuerunt omnia supradca ubi et prout sup̄ scripta  
sunt et interfuerunt testes presentes venerabiles et ar  
cumspecti uiri domini et magri. Gaudius Camuetti in  
medicina parisiens et Johannes de Segobia in theologia  
magri Salamantini almarũ vniuersitatum studiorũ  
generalium in dca scã Synodo Ambasiatores. Wilhelmus  
Rulcher dictus de Constantia et Johannes de Comitibus  
Archipbr̄ papien decretorũ et Stephanus de Nonaria  
legum doctores et Robertus aucloni Canonius Ca  
meracẽ licentiatũ in decretis cum pluribus alijs ro  
gans et requisitis .

Sessio vicefimanona



156  
E  
Acrolancta ꝛc Ad perpetua

rei memoriam. Compaciens hec sc̄a Syno-  
dus miserabilibus ecclie ruinis et languorib⁹  
Capitis atqz membroꝝ extinctis condolens  
visceribus post editionem saluberrimoꝝqz decretoꝝ in ob-  
seruationem legis domini et antiquoꝝqz Canonū post be-  
nignas et caritatiuas amonitiones summo pontifici per Ora-  
tores plurimos directos post annoꝝqz plurū expecta-  
tionem cum multa pacientia deduc tam. Cum et decreta  
contemni et amonitiones paruipendi et inde scandala diu-  
siones et sc̄asnam crescere uideret viciaqz et peccata maioribus  
adolescere incrementis / Compulsa est tandem Synodus ip̄a  
regimini ecclias tico prouisionem querere salutarem et  
summi pontificem ad hoc uehementius exortare ut que ad  
ip̄ius et vniuerse ecclie salutem erant efficaciter agere cura-  
ret cuius exemplum subditi facile imitantur. Et quonia ut  
sapiens loquitur melior est manifesta correctio qua a-  
mor absconditus meliora sunt uulnera diligentiis qua frau-  
dulenta blandientis oscula / defectus aliquos debiti regiminis  
qui ecclie dit̄ fuerunt flebili querela cōmemorauit ut  
in melius emendarentur nec ip̄ius summi pontificis aut alioꝝ  
ualerent diutius obesse saluti. Et ut om̄is pacientia exhibe-  
retur nulla posita est penarūqz adiectio sed tantū termin⁹  
conueniens prefixus extitit ut infra illum aut per se aut per  
alium ip̄e in hac sc̄a Synodo compareret atqz si debito regi-  
mini ecclie prout publica necessitas maxime impellebat  
oportune prouideretur uelut forma Citationis edite aper-  
tius indicauit. Quodqz et maxime hec sc̄a Synodus agē  
urgebatur dum potatem habet immediate a xpo super vniuer-  
sos fideles cuiuscunqz status etiam si p̄pals existant in  
hys presertim que ad reformationem pertinent. Dum qz  
ob ip̄am causam reformationis congregata est que nulla  
tenus perfici potest nisi summi pontifex ad eam reforma-  
tionem cum effectu capeendam sui inclinauerit aīm  
Cum et iam experientia docuerit decretoꝝqz executionem  
que salutem afferre debuerat in locis pluribus tribulatio-  
nem fuisse subsecutam dum ea per summi pontificem in-  
fringuntur cuius auct̄itate se tuentur qui hui⁹ de-  
cretis aduersari uolunt. Difficile quoqz ceteri corrigunt.

In regimen ipsius ac curie sue non uiderint emendatum quod  
ab ipsis trahitur in exemplum. Verū summus ipse pontifex p̄-  
fatam Electionem pro tantā necessitate publicae salutis e-  
manatam que et si non placencia tamen salubria conti-  
nebat aliquantulū molestus primo aspectu ferens quan-  
dam sue ordinationis paginam in aduersum promulgasse  
dicitur. In qua primū de prosecutione reductionis grecorū  
uaria recitans ad impugnationem Electionis loci pro y-  
cumenico Concilio per hanc Synodum facite se conuertit  
solam Aunionem Ciuitatem cōmemorans que rebus u-  
tiqz gerendis comodissima esse dinoscitur omi qz pace et  
securitate gaudere tacita ueritate de Basilea et Sabaudia  
in eadem electione conuictis. Verum cum nr̄am illā  
Electionem et decreto cum grecis edito plene satisfacere  
constet atqz loci rebus agendis comodissima omi qz Na-  
tioni oportuna manifeste conuincere non necessē est ut de  
hac re longiorem sermonem protrahamus nec summus ipse  
pontifex laborem declinandi in alterū locorū recusare debet  
si bonū rei huius tanto affectu desiderat sicut in suis lris  
predicauit. Refert preterea diuisionem in huius Ele-  
ctionis locorū negatione pro chdolor suscitatum quā et  
se confirmasse ostendit quā utinā potius extingue-  
rasset. Nam et post tyri galce et peacie in Aunione  
pro locis per hanc sanctam Synodum electis expedite fu-  
erant ipse alias galceas in Constantinopolim mittere cu-  
rauit diuisionem latine ecclie coram grecis ex duplici lega-  
tionis missione demonstraturus que quantum honori  
ecclie latine quantum vnioni grecorū prosequende discon-  
ueniant. Nemo est qui non uideat. Insuper iustifi-  
care nititur qd̄ per venerabilem Johannem Archiep̄m  
Carentinū Oratorem suū in missione certarū h̄arū sup̄  
huiusmodi diuisione Electionis transmissarū factū est  
quod subicere honestus fuisset ne nos pro tuenda nr̄a  
iusticia rem illam magis aperire cogeremur. Nam et  
lras illas clandestine et falso bullatas fuisse iā notoriū  
est. Et si summus pontifex de confessione ipsius Archiep̄i  
ac alijs circūstantijs ueram informationem acceperit  
non impugnet in huius sacri Concilij libertatem qd̄ ipse  
Archieps in causam propter eam rem tractus sit aut

161

in domo propria arre-  
tatus sed ad impugnandam eā  
dem libertatem cuiusdam procuratoris ipsius Archiepi cap-  
tionem nobis obicit quam iussu nro constat nullatenus  
fuisse peractam ymo procuratorem ipm iussu cuiusdam  
prelati scandalose turbationi obuiare uolentis quā procura-  
tor ipse per appellationem emittendam ab hoc sacro concilio  
uerisimiliter uidebatur esse facturus per publicum Offi-  
cialem captum hec sacra Synodus pro sua mansuetudine illico  
iussit expediri qui et procurator adhuc nobiscum in plena  
libertate uersatur Nec preterea uerum est per hoc sacrum  
Concilium aut iussionem ipsius aliquod spoliū priori fur-  
nen uelut memorate hē pretendunt fuisse irrogatum licet  
hē aliq̄ue plurima scandalosa aduersus hanc sacram Synodū  
et supposita eiusdem continentis absq̄ tamen nro scitu lon-  
ge ab hac Ciuitate eodem dicantur erepte nec tam leues  
colores ad impugnationem libertatis huius sacri Concily  
querere oportuit. Cum et iam toti mūdo constare possit  
tante libertatis et securitatis plenitudinem hic adesse ut  
nullum locum liberiorem aut securiorem quā ipam Ciui-  
tatem Basihen sub Imperiali protec-tione constitutam  
et optima policia gubernatam credamus inueniri. Ceterū  
aduersus Citationem emanatam plurima proferre cona-  
tur. Que omnia ex superioribus rationibus euidentissime  
confutantur et sperandum est ubi re ipā plenius digestu  
simus pontifex effectum Citationis huiusmodi aduer-  
teretur inquerenda ipsius et aliorū salute uersari ut languor  
acerrimus a corpore mistico ecclie depellatur. Non adeo  
aduersus Citationem ipm succensebit que et si aliquid ama-  
ritudinis more salubris medicine in primo gētu ferre  
uideatur / eam tamen in nouissimis iocundam et saluti fe-  
ram esse deo aspirante persentiat nec eam bono publico  
aut caritati aduersam ymo potius sue saluti ac ecclie ne-  
cessitati accomodam fuisse cognoscat. Quod uero tale aliqd  
priora ignorasse secula cōmemorat si res gestas  
percurrat hystorias non tantū sūmos pontifices de corri-  
gendis defectibus fuisse amonitos conspiciet sed etiam  
depositos apparu ac etiam nōnullis obedientiam exiustie  
causis fuisse abstrac-tam. Sed si abusiua in crementa  
nūc uigentia / si longam et fortem aduersus sanctam

Synodum et reformationem ecclesie resistentiam per seueran-  
tem que priora secula ignorarunt aut aduertit nichil admi-  
rabatur huius Citationis nunc repertum fuisse antidotum. Om-  
nium uerba que aduersum nos graua proferuntur re-  
censere omnia mansuetis et mitibus animis sus-  
tinentes dum salutem ecclesie prosequamur. Sed denique summus pontifex  
talibus qualibus supradictis coloribus suffultus dum huic  
sancte Synodo in hys presertim que ad reformationem per-  
tinent obedire tenetur et ad eandem euocatus aut super reb-  
propositis in eum exasationem asserre aut auctis in melius  
emendatis regimini ecclesie tunc donare salutem Ipse hanc sanctam  
Synodum dissoluere ac in Ciuitatem ferrariensem transferre  
conatur cum plurium adiectione censurarum si uirtute prefati  
Citationis in aliquo processum fuerit aut aduersus eum seu sancte  
Romane ecclesie Cardinales aut presidentes Orationes suos  
qui in hoc Concilio fuerint uel aliquem iporum aliqua nouitas  
illata fuerit uel etiam quicquam a die Citationis factum con-  
tinuatum uel seruatum extiterit. Et tunc hec obedientia  
quam Concilys generalibus per summos pontifices et alios  
quoscumque sacra Constantien Synodus in hys presertim  
que ad Reformationem pertinent declarauit exhibendam  
memor uerborum christi qui postquam Symoni petro dixerat  
Si te non audierit dic ecclesie si ecclesiam non audierit sit tibi  
tanquam ethnicus et publicanus. Continuo subiicit Amen  
dico uobis Quaecumque alligaueritis super terram erunt li-  
gata et in celo. Quam et ecclesie auctoritatem a christo do-  
natam esse etiam supra ipsam si quis prius ambigeret iam  
hoc ipsius magne Synodi Constantien auctoritas aper-  
te declarauit cuius hec uerba sunt Ipsa Synodus in spiritu  
legitime congregata vniuersalem representans ecclesiam potestatem a  
christo immediate habet Cui quilibet cuiuscumque status uel digni-  
tatis etiam si papalis existat obedire tenetur in hys que per-  
tinent ad fidem et extirpationem diabolici scismatis et ad gene-  
ralem reformationem ecclesie dei in capite et in membris. Item  
declarat quod quicumque cuiuscumque status etiam si papalis existat  
qui mandatis statutis seu ordinationibus huius sancte Syno-  
di et cuiuslibet alterius legitime congregate seu pertinentibus  
ad ea factis et faciendis contumaciter obedire contempse-  
rit nisi resipuerit condigne penitentiae subiciatur et debite

puniatur etiam ad alia iuris subsidia recurrendo quozf uir-  
 tute decretorff subsecuta fuit se. re. ipe martini elec. tio Eu-  
 ipe dñs Eugenius succedit. Quin etiam ipi Const. tancien con-  
 alio cum esset in minoribus pñs interfuit. Jam uero ipe nō so-  
 lum non obedit Smodo generali sed et super illam in reforma-  
 tionis proprie negotio se iudicem const. tituere molitur. eam  
 propria uoluntate dissoluere uolens atqz in alium locum sue  
 origini propinquū euocare ubi sicut uersimiliter creditur ita  
 dominari sperat ut resisti non possit sue uoluntati. Sed nec  
 eum deaur obliuiscit qd iam altera uice dissolutionē Synodi  
 facere attemptauit quā deinceps reuocare et inane atqz  
 irritam fateri oportuit. Scire insuper debuit iam dudum in  
 hac scā Synodo fuisse sollemniter decretatum assentientibus  
 plurimis scā Romane ecclie Cardinalibus quozf aliqui  
 adhuc de presenti cum eo sunt Concilium per ppam sine  
 expresso consensu duazf partium eiusdem Concilij uotis  
 singulorff per deputationes et in generali Congregatione  
 scrutatis postea sollemni Sessione subsecuta dissolui non  
 possit aut de loco ad locum transmutari penis omnibus  
 atqz censuris ferendis in aduersum tunc cassatis et irrita-  
 tis formidare preterea debuit aliud Concilium in ferraria  
 erigere cum alio decreto per antea edito declaratum sit omne  
 Concilium quod in toto durante alibi contigerit erigi non  
 fore Concilium sed schismaticorff conuenticulum. Intelli-  
 gitur autem durare hoc Concilium iuxta premissi decree-  
 ti seriem donec ex consensu duazf partium eius fuerit  
 dissolutum. Que decreta ipius dñi Eugeny subsequenti  
 adhesionē corroborata sunt ac per suos Oratores presiden-  
 tes saltem nominibus proprijs iurata sed et antea in de-  
 creto Concilij Const. tancien quod incipit frequens fue-  
 rat ordinatum ut locus futuri Concilij cum consensu  
 ipius Concilij congregati eligi deberet. Et si Concilio disso-  
 luto locus illius mutari oporteret ex causis legitimis  
 tunc alius locus eiusdem Nationis eligi deberet. Si uero  
 cause ille illam Nationem concernerent locus uicior  
 assumereatur. Quid si locus futuri Concilij alio tempore  
 celebrandi sine consensu Concilij actu congregati assigna-  
 re et nisi ad locum ibidem declaratum mutare non potest  
 multominus Concilium congregatum incontinenti sine

ipius consensu ad locum alium sua uoluntate transferre.  
Demqz non debuit obliuisci decreta super conuentione gre  
corum per ipsum approbata quo cauetur Concilium in basilea  
firmiter esse permanens donec greci ad portum per  
hanc sanctam Synodum eis nominandum perueniant  
Quo pacto igitur quo ue consilio nunc huius Concilii dis  
solutionem aut translationem efficere frustra conatur  
Sed quis usus ille est plenitudinis sue potestatis dum si  
contra aliquem Oratorem suorum utpote Archiepiscopum Ta  
rentinum de quo mentionem fecerat quidam agatur pro  
debito iustitie ob eam causam uult etiam Concilium  
dissolui. Demqz unionem Bohemorum quam multis  
laboribus hec sancta Synodus perquisiuit dum pro  
ultimo eius complemento iustitiam conuincere inti  
tur huius potestatis ordinationis series que ultra triginta  
dies hanc sanctam Synodum huius negotio prohibet inter  
dere. O admiranda consilia que ad conseruationem au  
toritatis ecclesie et summius destrucione uel summo  
pontifici suggeruntur / que si conuenientibus oculis per  
transiret hec sancta Synodus tota profundum amercunt  
ecclesie auctoritas / Et quis in propria assumptus uisset  
uniuersam episcopatum pro sua uoluntate decelerare  
ne ulla esset resistentia / quomodo et accusatus de heresi  
aut quouis crimine confessum Synodum accusante  
et corripientem dissoluere temptaret ne subiret iudi  
cium. Nunc quoqz dolentissime ferendum est tale  
exemplum a domino Eugenio demerari potest ut iudicium  
subterfugiendo ad desertibile refugium potest dissolutionis  
Concilii se conuerterent qui et non recte de auctore  
ecclesie sentire uidentur dum ipsius ecclesie congregare cui  
uti declaratum est obedire tenentur ipse se iudicium con  
stituit / et aduersus tot decreta tot sanctiones Con  
ciliorum eam conatur dissoluere. Quia nomen dudum  
in adhesionem sua cum de reuocatione huius incipientium  
deus nouit mentio habetur ipse qui quibus per eum aut  
suo nomine in preiudicium aut derogationem huius  
Basiliensi Concilii seu contra eius auctoritatem factam  
atque attemptatum seu affectum erat cassauit irritauit  
et annullauit nullaqz irritum fuisse et esse declarauit

Et se dinceps a neuitatibus grauiamibus seu preiudicijs inferendis huic sacro Concilio aut suppositis eius et adherentibus eidem realiter et ameffici desistere pollicitus est. Cum igitur talia que in aduersum perpetrata que vniuersis fidelibus detestanda et abhorrenda sunt nullatenus sub dissimulatione pertransire ualeamus uolens hec sancta Synodus sicut tenetur de opportunis remedijs providere declarat huusmodi pnsam dissolutionem huius Concilij ac translationem in Ciuitatem ferrariensem per dnm Eugenium ppam quartum factas cum omnibus censuris penis et alijs inde secutis nullas esse penitusq; irritas et inanes mandans obsecrans et precipiens eidem ut hec sicut de facto processerunt reuocare habeat et aduertat ipse penas que dudum in decreto huius sancte Synodi quod incipit Quoniam frequens etiam ante ipsius adhesionem in undecima Sessione promulgata contra Romanum pontificem ad Concilium generale quoque modo dissolucendum mutandum prorogandum operam dantem prolata fuerunt ubi expresse cauetur qd si Romanus pontifex talia agens infra quatuor menses cum reali satisfactioe non resipuerit extime a ppali administratione sit ipse facto suspensus. Que quidem ppalis administratio ad sacrum generale Concilium ipse iure deuoluatur. Qd si penam ipsam per duos menses post predictos quatuor sustinuerit animo indurato contra ipm usq; ad priuationem inclusiue per Concilium generale procedatur. Quasquidem penas hec sancta Synodus ipm dnm Eugenium nisi resipuerit decernit et declarat incursumq; iuxta terminos in dicto decreto undecime Sessionis prefixos ad quarum penarum executionem nisi resipuerit ut prelibatum est merito procedemus. Insuper hec sancta Synodus omnem nominationem Electionem assumptionem loci ferrariensem sanctam tanquam decretis ipsius Synodi repugnantem sicut de facto processit cassat et irritat ymouerius cassam et irritam esse declarat. Et casu quo in eadem Ciuitate aut alibi aduersum prefatorum decretorum nrorum tenorem sumus ipse pontifex Concilium erigere inceperit uel incipiet in futurum mandat et precepit hec sancta Synodus vni

uerſis ſanc<sup>te</sup> Roman<sup>e</sup> ecclie Cardinalibus patriarchis  
Archiepiſ Ep<sup>i</sup>s et alijs quibuſcunq; in curia die<sup>ti</sup> domini  
Eugenij exiſtentibus qui ſinodis generalibus de iure  
uel conſuetudine intereſſe tenentur ut ad hoc ſacrum Boſi  
lien<sup>e</sup> Concilium Ceteri uero ad loca ſuoz<sup>q</sup> beneficioz<sup>q</sup>  
uel alibi extra curiam ſe transferant ſub penis Excom  
municacionis priuationis omnium beneficioz<sup>q</sup> dignitatum  
Officioz<sup>q</sup> ac inhabilitacionis perpetue quas ſi contraſe  
cerint ipſo facto incurrant. Inhibet preterea ſub eſdem  
penis hec ſanc<sup>ta</sup> Synodus ne quiſqua<sup>m</sup> cuiuſcuſq; ſtatus et dig  
nitatis etiam ſi Cardinalis patriarcha Archiep<sup>u</sup>s uel Ep<sup>u</sup>s  
fuerit ab hac ſanc<sup>ta</sup> Synodo uigore ſeu pretextu diſſolutio  
nis aut tranſlationis per ipſum dñm Eugenium ſanc<sup>te</sup>  
recedere audeat uel ab actibus Conciliaribus ullo pacto  
deſiſtere ſeu huiuſmodi tranſlationi uel diſſolutio  
ni modo libet obedire. Decernit quoq; hec ſanc<sup>ta</sup> Synodus ut  
omnes et ſinguli ad hoc Concilium libere accedere poſſint  
ac ſi prefate diſſolutio ac tranſlatio pñſe nullatenus e  
manaffent nec quiſqua<sup>m</sup> uementes ad hoc ſacrum Concilium  
quouſmodo habeat impedire. Vniuerſis quoq; xp<sup>i</sup>ſi  
delibus ſub penis Excom<sup>m</sup>unicacionis inhi bet quacunq;  
dignitate eccliaſtica uel ſeculari Etiam ſi Cardinalatus  
patriarchali Archiep<sup>u</sup>ali uel pontificali Imperiali Regali  
uel alia quacunq; prefulgeant ne ad tale pñſum Concilium  
per ipſum dñm Eugenium ut premititur erectum uel  
erigendum accedere uel mittere preſumant neq; etiam  
Vniuerſitates Collegia Capitalia Cōmunitates ad tale  
pñſum Concilium mittant Quod ſi fecerint ipſo facto  
ſubiaceant eccliaſtica interdictione. Deniq; ne ipſe dñs  
Eugenius uigiter grauiora grauioribus addere pñſumat  
noua ſaſmata et ſcandala ſuſcitando aut toritatemq; uni  
uerſalis ecclie uehementius impugando. Inhibet eidem  
hec ſanc<sup>ta</sup> Synodus ne demaps aduerſus ipſam quidq;  
in nouet eandem uel eius Suppoſiti et eidem adherentes  
perturbando uel moleſtando ſeu iam attemptatu con  
tinuet ut etiam vniuerſos qui beneficia dignitates per  
ſonatus et Officia Suppoſitoz<sup>q</sup> huius ſacri Concilij ſeu  
eidem Concilio adherentium impetrauerunt uel obtinuerunt  
ſeu impetrare temptauerunt uel obtinere etiam ſi motu



proprio concessa fuerint et omnes qui huic impetrationi  
 prouisioni uel beneficiorum dignitatum personatum et Offi-  
 ciorum quorumcunque assensum fauorem uel auxilium de-  
 derint quacumque presulgeant dignitate ut premititur  
 ecclesiasticam uel seculari etiam si vniuersitates Com-  
 munitates Collegia uel Capitula fuerint aliquos seu aliqua  
 Suppositorum huius Concilii et eidem adherentium uigore  
 seu pretextu preiudicium ordinationis per ipsum dominum Eugenium  
 facte in suis beneficiis et rebus alijs molestauerint  
 uel perturbauerint quacumque auctoritate ordinaria  
 uel delegata decernit eadem sancta Synodus penas ex-  
 communicationis priuationis ab omnibus beneficiis offi-  
 cijs et dignitatibus ac inhabitationis ad eadem qu-  
 cumque ad singulares personas Et si vniuersitates Com-  
 munitates uel Collegia aut Capla fuerint Interdicto ecclia-  
 stico ipso facto subiacere Decretis alijs huius sancte Synodi  
 que incipiunt ambitiosorum et ut facti et cum christi ecclesia  
 et alijs quibuscumque ipsius decretis et ordinationibus in  
 suo robore duraturis. Insuper vniuersis prelati etiam  
 pontificali dignitate presulgentibus Caplis Comuni-  
 tatis vniuersitatibus et Collegijs et alijs quibuscumque  
 personis ecclesiasticis sub penis predictis quo ad sin-  
 gulares personas et quo ad communitates vniuersitates  
 et Collegia et Capitula sub penis cessationis adiuu-  
 et Interdicti quas si contrafecerint incurrant ipso facto  
 prohibet hec sancta Synodus ne aliquem qui prefata  
 beneficia dignitates personatus et officia Suppositorum  
 huius sacri Concilii et eidem adherentium sicut premit-  
 tur obtinuerint reapere seu admittere ad possessionem  
 uel inuestire quomodo audeant. Lris quoque pro-  
 uisionis et mandatis specialibus uel alijs quibuscumque qua-  
 cumque auctoritate Ordinaria uel delegata sub quibus-  
 cumque censuris uel penis emanatis super huic priuatio-  
 nibus ac prefatorum beneficiorum dignitatum personatum  
 et Officiorum Collationibus hec sancta Synodus de-  
 cernit nullatenus fore obediendum. Quod aduersus  
 penas superius premissas nullus restitui etiam ad-  
 diuino celebrationem rehabilitari reintegrari nec  
 a Sententia excommunicationis excepto duraxat mor-

tis articulo absoluti uel etiam quo ad Cōmunitates et Ca-  
pitula et vniuersitates Collegia Interdicta relaxari n̄ phae-  
sanc tam Synodum possint. Ut autem nullus huius  
nr̄e ordinationis et decreti possit quomodo pretendere  
ignorantiam uolumus et mandamus hanc p̄ntem pa-  
gnam ualuis huius ecclie cathedralis Basilien sub nr̄a  
bulla affigatq; publicari. Et per affixionem ip̄am eidem  
dño Eugenio ac vniuersis et singulis intimari. Nulli  
ergo omnino hominū liceat hanc paginam nr̄e uolūtatis  
decreti mandati Cassationis irritationis inhibitionis  
pruacionis excommunicationis Inhabilitationis Inter-  
dicti a diuinis cassationis declarationis affixionis et in-  
timationis infringere uel ei ausu temerario contraire.  
Siquis autem hoc attemptare presumpserit indigna-  
nationem omnipotentis et vniuersalis ecclie se noverit  
incursum. Dat in Sessione nr̄a publica mdcā ecclia  
Basilien sollempniter celebrata iij. id̄ Octobris Anno  
a Natiuitate domini Millesimoquadringentesimo  
tricesimo septimo.

### Sessione Tricesima.

## Acrosancta ꝛc Ut lucidius vi-

deatur pro declaratione catholice ueritatis  
quid circa perceptionem sacre Eucharistie  
tenendum sit et agendum pro salute et  
utilitate populi xp̄iani post diligentem persecutionem  
diuinarū scripturarū sacrorū q; canonū et doctrinarū  
a sanctis p̄ribus et doctoribus traditorū in hac sancta  
Synodo longis temporibus habitam consideratisq; omnib;  
que pro declaratione huius rei consideranda fuerant decer-  
nit et declarat qđ fideles laici siue clerici cōmunicantes  
et non confitentes non astringuntur ex precepto dñi ad  
suscipiendum sub utraq; specie panis scilicet et uini sacre  
Eucharistie sacramentum. Sed ecclia que regitur spiritu  
ueritatis secum manente in eternū et cum quo xp̄c manet  
usq; ad consumationem seculi sicut ait diuina scriptura  
ordinare habet quomodo ip̄s non conficientibus ministrat

prout pro reuerentia ipsius sacramenti et salute fidelium  
 uiderit expedire. Sicut autem sub una specie sive sub duplici  
 quis communicet secundum ordinationem seu obseruanciam  
 ecclie proficit digne communicantibus ad salutem nec ullate-  
 nus ambigendum est quod non sub specie panis caro tantum  
 nec sub specie uini sanguis tantum sed sub qualibet specie est  
 integer totus xpc. Laudabilis quoque consuetudo communican-  
 di laicum populum sub una specie ab ecclia et sanctis patribus  
 rationaliter introducta et hac tenus diuissime obseruata  
 et a doctoribus diuine legis sacras scripturas atque ca-  
 nonum multam perniciam habentibus iam a longeuo tempore  
 commendata pro lege habenda est nec alicui licitum est  
 eam reprobare aut sine auctoritate ecclie ipsam immutare.  
 Dat. in sessione nostra publica in ecclia maiori Basiliensi  
 sollempniter celebrata x. kl. Januarij Anno a Natiuitate  
 domini Millesimoquadringentesimo tricesimo septimo.

### Sessio Tricesimaprima

## ACROFANCTA ꝛc AD futuram re-

I

memoriam. Ecclias sic sollicitudinis stu-  
 dium uigiliter inuigilare conuenit ut sine  
 caritas in clero ac populo xpiano uigeat nec  
 quisquam per uexationem et afflictiones in-  
 debitas proximum suum opprimere permittatur sique iusti-  
 tia ordine debito aulibet minus trectur et ut uiris dolosis  
 auferatur necendi licentia et quies ac tranquillitas rectorum  
 non facile perturbetur. Inoleuerunt autem haec tenus  
 per intolerabiliu uexationu abusus permulti dum ni-  
 mium frequenter a remotissimis etiam partibus ad Ro-  
 manam curiam et interdum pro paruis et minutis rebus  
 ac negotijs quam plurimis citari et uocari consueuerunt  
 atque ita expensis et laboribus fatigari ut non nunquam co-  
 modius arbitrarentur iuri suo cedere aut uexationem  
 suam graui dampno redimere quam in eam longinqua re-  
 gione litium subire dispendia / sic facile extiterit calumiosis  
 opprimere pauperes / Sic beneficia ecclias tica plerumque  
 minus iuste per litium amfractus obtenta sunt

77  
dum ius his possessoribus seu quibus illa de iure compete-  
bant neque opes neque facultates ad illos sumptus sufficere poterant  
quos longinqua profectio ad Romanam curiam et litis a-  
gitatio in eadem deponere. Confunditur etiam exinde  
ordo ecclesiasticus dum Ordinarius iudicibus sua iurisdictio  
minime obseruatur pecunie et facultates Regnorum ac  
provinciarum hoc pacto non parum diminute sunt et quod  
vniuerso ecclesiastico ordini admodum nocere compertum  
est et hi quos ad summa negotia christiane religionis sublimitas  
dignitatis euocabat minus illis reddebantur intenti dum  
ipsorum mentes nimium occupabat assidua causarum multitudo  
Que attendens hec sancta Synodus et pro reformacione  
ecclesie dei in capite et in membris iuxta potestatem sibi a domino con-  
cessam inuigilans ut omnia deinceps ordine congruo pera-  
gantur ad salutem animarum et pacem ac quietem auctoritate  
statuit et decernit quod in partibus ultra quatuordecim a  
Romana curia distantibus omnes quecumque cause exceptis  
maioribus in iure expresse enumeratis et Electionum  
Ecclesiarum cathedralium et monasteriorum quas immediata  
subiectio ad sedem apostolicam deuoluit apud illos iudices in  
partibus qui de iure aut consuetudine prescripto uel priuilegio  
cognitionem habent terminentur et finiuntur Et  
ne sub umbra appellacionum que nimium leuiter et nonnunquam  
frivole hac tenus interponi uise sunt atque etiam in eadem  
instantia ad prolongationem litium multiplicari ma-  
teria fouendis iniustis uexationibus tollatur statuit  
hec sancta Synodus quod si quis offensus coram suo iudice  
habere non possit iustitie complementum ad immediate  
superiorem recursum habeat nec ad quecumque etiam ad  
proprium omisso medio neque a grauamine in quacumque instan-  
cia ante diffinitiuam. Etiam quomodo libet appelletur  
nisi forsitan tale grauamen extiterit quod in diffinitiuam  
recuperari nequiret. Quis casu non aliter ad immediatum  
superiorem liceat appellare. Si uero quisquam a sedis  
apostolice immediate subiecto ad ipsam sedem duxerit appel-  
landum causa prescripta usque ad finem litis inclusive  
in partibus committatur nisi forte propter defectum iustitie  
aut iustum metum etiam in partibus conuicinis de  
quibus in commissione exprimentis legitimo prius docu-

mento alis qua per Juramentum Sumarie con-  
 titur apud ipam sedem foret merito retinenda. Et quidquid in  
 contrarium huius saluberrimi Decreti factum uel at-  
 temptatum fuerit sit nullum ipso facto ligantesque qui con-  
 tra fecerint in expensis condemnentur. Romanam uero ecclesie  
 Cardinales Vicecancellarium Camerarium magnam praetorium  
 protonotarios et alios sedis aplice Officiales ac in Ro-  
 mana curia suis officijs insistentes hoc decreto non inten-  
 dimus comprehendere. Ne tamen in dissolutionem uel trans-  
 lationem praetoris Concilij aut erectionem Conuenticuli  
 ferrariensis uel alibi sub nomine Concilij generalis quam  
 dominus Eugenius ipsa quartus efficere conatus est uel con-  
 naretur in futurum causas ipsas et maxime incorporato-  
 rum aut incorporandorum in hoc sacro Concilio quas  
 haec sancta Synodus remitteret aut non reciperet in cu-  
 riam ipsius domini Eugeny aut praefatum conuenticulum  
 ferrariensem uel aliud de facto trahi contingeret in fomen-  
 tum dissolutionis translationis et erectionis praedictorum  
 voluit eadem sancta Synodus causas quascumque penden-  
 tes et commissas aut etiam quascumque causas incorpora-  
 torum aut incorporandorum aut alis per appellationem de-  
 uolutas aut denoluendas Necnon illas que obseruacionem  
 decretorum ipsius sanctae Synodi concernunt apud eandem  
 sanctam Synodum ipsa durante seu donec aliter fuerit or-  
 dinatum tractari. Saluis etiam aduocationibus cur-  
 sae pendentium in Romana curia per quocumque nostra decre-  
 ta factis aut faciendis decretis etiam alijs et ordinationibus  
 eiusdem sanctae Synodi in suo robore permanentibus  
 Dat. in sessione nostra publica in ecclesia maiori Basiliensi  
 sollempniter celebrata ix. kal. february. Anno a natiui-  
 tate domini Millesimoquadringentesimo tricesimo octauo.

Decretum de Reuocatione gratiarum expectatarum  
 et Collatione beneficiorum per ordinarios.

II

**acroscia etc. Ad perpetua rei**  
 memoriam. Placuit diuine pietati hoc  
 tempore animos hominum qui uarijs abusibus  
 irretiti ceperant uehementius excitare. ut

salus quereretur auctoritate et per Synodum vniuersalem  
mores ecclesie in melius reformarentur cum salutari directione  
Capitis et membrorum in viam iusticie et sanctitatis  
Quod ut facilius atque ordinacius fieret et ne pretextu va-  
riarum opinionum aut Romanorum pontifices aut alij quicumque  
non satis vniuersalibus Concilijs obedirent predisposuit  
eadem pietas in sacro Constantien. Concilio Synodorum  
vniuersalium jurisdictionem ita declarari ut nulli  
reliqueretur ambigendi occasio cum decreto sollemniter diffi-  
nitum extiterit vniuersale Concilium habere auctoritatem immedi-  
ate a christo cui quilibet cuiuscumque status et dignitatis etiam  
suppallis fuerit obedire tenetur in his que pertinent ad fi-  
dem ad extirpationem scismaticam et reformationem ecclesie  
dei in capite et in membris ac pertinentibus ad ea. Cum  
autem hec cura reformande ecclesie huic sancto vniuersali Sy-  
nodo Basiliensi incumbit hoc vniuersali singulari sollicitudine pro-  
sequendum arbitratum ut per singulas ecclesias minus tri-  
mistrantibus idonei qui scientijs et virtutibus effulgeant  
ad christi gloriam et vniuersi populi christiani edificationem sa-  
lutarem. Cui rei graue impedimentum hac tenus affer-  
re visa est gratiarum expectatarum multitudo. Que  
grauem ordinem et statum ecclesiarum perturbationem va-  
riasque inordinationes ac plurima discrimina conuenit  
iniecisse. Ex his enim frequencius data sunt ecclesijs ministri  
non probati nec cogniti vacaturorumque beneficiorum expec-  
tatio sicut antiqua iura testantur occasionem desiderande  
mortis alienae prestare solet quod plurimum preiudicat  
animarum salutem. Sed et insuper lites innumere et conten-  
tiones inter seruos dei excitantur rancores et iurgia in-  
trantur pluralitatis beneficiorum fenetur ambitio. Facul-  
tates ac pecunie Regnorum et prouinciarum mirum in-  
modum exhauriuntur pauperes discurrendo ad Romanam  
curiam innumerabiles ueraciones subeunt et inter  
viarum discrimina non nunquam spoliantur occiduntur ac  
uarijs affliguntur pestibus atque etiam suis primonijs  
aut parentum opibus exhaustis graui exes tunc subia-  
cere coguntur. plurimum absque iusto titulo beneficia sibi  
uendunt et non quibus iure debentur illi obtinent  
sed non nunquam hi quibus aut circoueniendi proxi-  
mum

maior affluencia aut ad litigandum facultas suppetit uberior  
 Sub inuolutionibus quoque prerogatiuarum antelationum aliorum  
 quod huic gratias concomitanti fraudes plurimas et deceptio-  
 nes contingit inueniri. Iuuenibus etiam qui studio huius et  
 uirtuosis operibus intendere deberent datur materia euagandi  
 qui sepius per licium am fractus et uarios discessus racione  
 gratiarum ipsarum turbantur et inquietantur. Ordinaris col-  
 laboribus sui ministerium subtrahitur et confunditur et  
 clericalis ordo dum unicuique sua iurisdictio non seruetur  
 Romani pontifices dum officia inferiorum sibi nimium uendi-  
 cant a maioribus et magis fructuosius operibus uniuersale  
 bonum concernentibus retrahuntur neque inferiorum directio-  
 nem atque correctionem inuigilant sicut publica utilitas exposcit  
 Que omnia grauem confusionem statum clericali et sacer-  
 dotali in dispendium diuini cultus et preiudicium publice salu-  
 tis afferunt possentque grauiorem in futurum afferre ruina-  
 rebus hys in deteriora iugiter prolabantibus nisi provide-  
 retur in aduersum. Volens itaque hec sancta Synodus  
 super hys oportunum remedium adhibere statuit et decernit  
 ut Romanus pontifex qui pro tempore fuerit eas deinceps  
 gratias expectatas aut nominationes nullo modo nulla-  
 ue excusa concedat. Cum ipse pre ceteris uelit tantorum occa-  
 sio malorum abstinere debeat. frusta enim inferioribus  
 inhiberetur si ipse qui alijs debeat preesse omnium bonorum et  
 uirtutum exemplar non abstineret. Ut enim ille sanctissimus et  
 doctissimus leo papa inquit totius familie domini status  
 et ordo mutabitur si quod requiritur in corpore non inue-  
 nitur in capite. Integritas enim presidencium salus dinoscitur  
 esse inferiorum. Cessentque decetero iam facte et tam ipse quam  
 etiam fiende si que fiant nulle sint ipso facto. Exceptis illis  
 gratiis et nominationibus super quibus iam processus sunt  
 expediti quas ex certis rationabilibus causis in octo men-  
 sibus quibus hac tenus ausum consueuerunt habere  
 tolerandas duximus donec aliter fuit ordinatum  
 Reseruaciones etiam particulares quecumque fuerint  
 beneficiorum uacaturorum tam per Romanos pontifices quam  
 per legatos sedis aplice decetero nulle sint ipso facto. Non  
 tamen intendit prohibere hec sancta Synodus hoc prenti decreto  
 quominus futuri Romani pontifices tempore pontifi-

Actende hic

catuſ ſui modo beneſto et conuenienti de vno beneficio ad  
Collationem in qua fuerint decem beneficia et de duobus  
ubi fuerint Quiquaginta et ultra diſponant Ita tamen  
ut in eadem ecclia Cathedrali uel Collegiata duas p̄bendas  
ſuo tempore non conferant ut qualificationes graduatorum  
inferius designare in ipſis p̄bendis ſuis ualeant ſortiri  
effectum. Neq; etiam Collationes per preuentionem fi-  
endas intendit impedire. Decreto uero de Reſeruationibus  
quo ad cetera et alijs decretis huius ſancte Synodi in ſuo  
robore duraturis. Ut uero ceteri ad quos beneficiorum  
dignitatum perſonarum Officiorum et admiſtrationum  
Collatio ſeu queuis diſpoſitio ſpectat ad prouidendum hant  
uris et ſcientia perornatis ſpecialius aſtringantur. Voluit  
eadem ſancta Synodus certas qualitates uirorum  
et graduatorum designari quibus certo ordine debeat pro-  
uideri prout inferius annotatur. Adiciens qd ſi per pre-  
latos et doctores alicuius Nationis in hoc Concilio ex-  
iſtentes pro bono ſue Nationis aliter circa huius qualifica-  
tiones diſponendum uideatur in futurum quicquid per illos  
fuerit ordinatum et in generali Congregatione preſentis  
Concilij concluſum ex nunc prout extunc ratum et firmum  
habeatur et vim decreti habeat ac ſi in p̄nti decreto de uerbo  
ad uerbum expreſſum foret. Qd ſiquis cuiuſcuq; ſta-  
tus etiam ſi Cardinalatus patriarchalis pontificalis aut  
alterius cuiuſlibet dignitatis contra predictum ordinem et  
qualificationes ut premittitur designatas uel designan-  
das de ipſis beneficijs dignitatibus perſonabus Officijs  
et admiſtrationibus quouſmodo diſpoſuerit eop̄o-  
ſit irritum et inane. Collatioq; huiusmodi ac prouifio  
ſeu queuis diſpoſitio ad ſuperiorem proximam deuoluatur  
qui ſimiliter habet prouidere. Quod ſi non fecit ad  
alium ſuperiorem deuoluatur gradatim uſq; ad ſummam  
pontificem aſcendendo. Non uolumus tamen Odi-  
narios Collatores et eos ad quos p̄ntatio ſeu alia queuis  
diſpoſitio beneficiorum ſpectat in quatuor menſibus in  
quibus preſate gratie Expectatiue uel nominationes  
curſum non habent donec ipſe gre uel nomiaciones ad eorum  
Collationem prouifionem p̄ntationem ſeu diſpoſitionem  
conceſſe ceſſauerint ad qualificationes inſcripſas ob-



seruandas a | trungi

Secuntur Qualificationes et ordo in conferendis bñficijs per ordinarios ut supra tactum est.

Primo cum per generalis Concilij Statuta scē ordinatum existat qd̄ quilibet ecclia metropolitana teneat et debeat vñi habere theologum qui sua doctrina et predicationibus fructum salutis afferat ordinar hec sancta Synodus qd̄ extendatur etiam huic ordinar ad ecclias cathedrales taliter videlicet qd̄ quilibet Collator ipsarū prebendarū teneatur et debeat Canonatum et prebendam quā primū facultas se obtulerit et inueniri poterit vñi magro licenciatō uel in theologia Bacalaris formato qui per decennium in vniuersitate priuilegiata studuerit et onus residentie ac lecture et predicationis subire uoluerit. Quicqz bis aut semel ad minus per singulas ebdomadas cessante legitimo impedimento legere habeat et quotiens ip̄m in huic lectura deficere contingerit ad arbitriū Capituli in subtractione distributionū totius ebdomade puniri possit Et si residentia deseruerit de alio prouideatur. Verū tamen ut liberius studio uacare possit nichil perdat cum absens fuerit ad minus.

Insuper ut in quolibet ecclia Cathedrali uel collegiata etiam ultra predictam prebendam theologo ut permittitur assignandam tertia pars prebendarū conferatur graduatis alijs ydoneis modo et forma infrascriptis Sic tamen qd̄ prima uacatura huic graduato et inde post alias duas sequens eodem modo conferantur et sic demum videlicet magris et licenciatis seu bacalaris formatis in theologia qui per decennium in aliqua vniuersitate priuilegiata doctoribus seu licenciatis in altero iurū uel medicina qui per septem annos in sua facultate studuerint in vniuersitate ut supra magris seu licenciatis in artibus cum rigore examinis qui per Quinquennium in aliqua a logicis inclusiue et supra in artibus uel in alia superiori facultate studuerint necnon in theologia qui per sex annos uel in utroqz aut in altero iurū Bacalaris qui per triennium Si nobiles ex utroqz parente et ex antiquo genere alijs autem per Quinquennium consimiliter

in aliqua vniuersitate prouilegiata ad minus suū studiu  
 fecerint qui de predic<sup>tis</sup> gradibus tempore et nobilitate  
 supradictis fidem facere teneantur Collatori per legitima do  
 cumenta. Exhortamur tamen Ordinarios collatores  
 qd in conferendis beneficijs huiusmodi presertim quo ad  
 dignitates respectum habeant singulariter ad magros  
 necnon ad licentiatos et Baccalarios formatos in theologia  
 In dignitatibus uero non Elec<sup>tis</sup> personatibus ad  
 ministracionibus et Officijs dic<sup>tis</sup> eccl<sup>ie</sup> idem or  
 do modus et forma in omnibus obseruentur. Qd  
 si quis ex dic<sup>tis</sup> qualificatis tempore uacacionis p<sup>re</sup>bende  
 seu dignitatis huiusmodi alias duas obtineat p<sup>re</sup>bendas  
 seu dignitates et p<sup>re</sup>bendas alia uel aliud beneficium seu  
 beneficia quod uel que residendo in altero ipoz<sup>et</sup> et horis  
 diuini interessendo ualeret seu ualere usqz ad summam  
 seu extimationem ducentoz<sup>et</sup> florenoz<sup>et</sup> de camera. Si  
 militer quicunqz duas p<sup>re</sup>bendas Cathedralis obtinuerit  
 nullatenus in ipa tertia parte includi seu apprehendi  
 censeantur. In eccl<sup>is</sup> autem parrochialibus que in  
 Ciuitatibus aut uillis muratis existunt ministrant  
 tur persone sic ut supra qualificate aut ad minus qui  
 per tres annos in theologia uel altero Iurium seu ma  
 gis<sup>tri</sup> in artibus qui in aliqua vniuersitate prouile  
 giata studentes fuerint et huiusmodi gradum adepti  
 fuerint sitiles potuerint inueniri qui ueluerint bene  
 ficijs huiusmodi deseruire. Et in facilius inueniri possit  
 Statuit hec sancta Synodus qd quolibet anno du  
 rante tempore Quadragesime omnes et singuli hoc  
 modo qualificati de ipa dyocesi et alij qui ueluerint ha  
 beant per se uel per procuratorem sua nomina exhibere  
 illis ad quos beneficior<sup>um</sup> curator<sup>um</sup> Collatio uel p<sup>re</sup>  
 sentatio spec<sup>tal</sup> uel dispositio aliter qua<sup>m</sup> ut p<sup>er</sup>mittitur  
 sic<sup>ta</sup> non propter hoc irrita censeatur. Et similiter  
 in Collatione tertiae partis p<sup>re</sup>bendor<sup>um</sup> superius memo  
 rata intelligatur si tot graduati seu qualificati modo  
 premissis potuerint inueniri teneanturqz ut p<sup>er</sup>mittit  
 ipi graduati et qualificati suo nomina tempore predicto  
 ipis ad quos beneficior<sup>um</sup> dispositio spec<sup>tal</sup> seu eoz<sup>um</sup>  
 vicarijs exhibere per se uel procuratorem quod si no

+ A seu eoz<sup>um</sup> vicarijs qd si no  
 fuerit collatio seu p<sup>re</sup>bend<sup>is</sup>

fecerint colla

fecerint Collatio seu presentatio uel dispositio aliter quam ut pre-  
 mittitur facta non propter hoc irrita censeatur. Si autem  
 illi ad quos beneficiorum queius dispositio spectat contra su-  
 pradictam qualificationem designationem et ordinem aliquod  
 beneficium contulerint seu ad ipsum presentauerint uel quo-  
 modolibet disposuerint sit ipso facto irritum et inane uelut  
 superius premissum est. Et nichilominus per Concilia  
 prouincialia cum in his defecerint aut etiam personis non  
 idoneis quoquo modo prouiderint ueteri tenorem constitu-  
 tionis Concilii generalis que incipit graue de prebendis  
 corrigantur et debite puniantur. Illi uero ad quos bene-  
 ficiorum regularium spectat Collatio seu dispositio preter-  
 missis indignis eadem religiosis idoneis conferant et as-  
 signent. Quod si aliter fecerint per eos superiores et Ca-  
 pitula prouincialia corrigantur et debite puniantur.

Decretum de suspensione ppe Eugeny

11

**acro sancta & Ad futuram rei**

memoriam. Auduit omnis ecclesia iam a  
 plurimo tempore quo pacato hec sca Synodus  
 inter cetera ob reformationem ipsius ecclesie de-  
 in capite et in membris specialiter congregata

Cum sua decreta salubria passim contemni prospiceret  
 abusuque deformitatem continuari atque plus solito inua-  
 lescente in diuine maiestatis offensam et uniuersi sacer-  
 dotum ac totius xpiane religionis ruinam miserabilem.  
 Videreque periculosissimum casum per erectionem alterius  
 pui Concilii uel durante et alia plurima scandala imi-  
 nere populo dei ac uniuerso orbi perturbatione non modica  
 ex resistencia quam aduersus debitam reformationem  
 ecclesie et salubria huius sce Synodi opera dñs Eugenyus ppa  
 quartus diuisionem assiduam faciendū et libitū ppric  
 uoluntatis decretis et ordinationibus Synodalibus pre-  
 ferendo prestare uidebatur. Impulsa est post longam  
 plurimum annorum expectationem super regimine ecclesia  
 tico salubrem prouisionem querere et ipsum dñm Eu-  
 genium inducere ut ea que saluti ipsius et uniuerse ecclesie  
 congruebant in tantis tamque urgentibus necessitatibus

agere curaret cum hoc ipm eadem sanc<sup>te</sup> Synodo maxime  
liceret atq; incurreret ex ea auct<sup>oritate</sup> toritate quam a xpo imedia  
te suscepit cui uniuersi fideles cuiuscumq; status etiam si  
ppalis exis<sup>t</sup> huc obedire tenentur in hys que pertinent  
ad fidem extirpationem scismatis et reformationem ecclie  
in Capite et in membris ueluti determinatio uniuersalis  
ecclie in sacris scripturis fundata et in celeberrimo Con  
stantien Concilio promulgata diffiniunt Adiciens qd  
quicunq; contumaciter ipi uniuersali Concilio obedire con  
tempserit in predic<sup>tionibus</sup> et pertinentibus ad ea condigne  
penitentie subiacatur et debite puniatur ad alia iuris reme  
dia si opus fuerit recurrendo. Et tandem pridie kl. mensis  
Augusti nouissime preteriti decreuit hec sac<sup>ra</sup> Synodus ter  
minu<sup>m</sup> Sexaginta dies p<sup>er</sup>emptorie prefigere infra que  
presertim d<sup>omi</sup>nus Eugenius coram eadem Synodo perse uel per  
alium compareret si qua super predic<sup>tionibus</sup> et alijs in die to mo  
nitorio expressis ceterisq; in futurum proponendis que pro  
tunc non sine rationabili causa tacebantur pro sui excu  
satione uel defensione duceret pponenda. Quo termino  
elapso siue diebus d<sup>omi</sup>nus Eugenius compareret siue non hec  
sanc<sup>ta</sup> Synodus ad ulteriora procedere decreuit cogno  
scendo et terminando prout ecclie sanc<sup>te</sup> dei spiritu sco  
dic<sup>te</sup> tante uideretur expedire. Sed quod cum dolore referi  
mus ipse d<sup>omi</sup>nus Eugenius infra assignatum terminu<sup>m</sup> neq;  
perse neq; per alium comparere uoluit aut minimam  
excusationem siquam haberet transmittere ymo correc  
tionem effugere uolens dissolutionem et translationem  
Concily et quam de iure non poterat defac<sup>to</sup> pendente  
termino attemptauit. Cum tamen iam altera uice dis  
solutionem huius Concily per eum attemptatam reuo  
casset declarans eam irritam et inane dicens qd ipm  
Conciliu<sup>m</sup> pro reformatione ecclie in Capite et in membris  
inchoatum continuatu<sup>m</sup> fuisse prosecutionem habere debere  
perinde ac si nulla dissolutio facta fuisset. Quibus  
attentis elapso die<sup>te</sup> Citationis termino sui contumam  
in publica Sessione promotores et procurator fiscalis hui<sup>us</sup>  
sacri Concily accusarunt. Exigenteq; iusticia hec sac<sup>ra</sup>  
Synodus in eadem Sessione contumam ipsius d<sup>omi</sup>nus Eugeny  
sufficiens accusatam declarauit ipm<sup>q;</sup> contumacem

119  
reputauit decernens eius absentia non obstante ad ultiora  
procedendum fore prout ipi sancte Synodo uideretur consi-  
deratis necessitatibus et utilitatibus vniuersalis ecclie. Et  
quãquã attentã contumacie magnitudine eadem sancta  
Synodus absqz ulteriori expectatione in ea re procedere  
potuisset. Volens tamen nichilominus cum omni mansuetu-  
dine et benignitate procedere ad instanciam inclite memorie  
Sigismundi Imperatoris et venerabilium Archiepiscoporum cetero-  
rumqz Illustrium principum Electorumqz sacri Imperij  
per Sexaginta dies adhuc censuit differendum ut per  
huius sancte Synodi patientiam probaretur si ipius dñi  
Eugenij animus ad salutem sui ipsius et vniuersalis ecclie  
inclinari ualeret. Confestim autem plenius innotue-  
runt ea que aduersus hanc sanctam Synodum et eius Suppo-  
sita in p̄sã dissolutione iam attemptata ipse dñs Eugenius  
perpetrauerat transferendo hoc sacrum Concilium in Ci-  
uitatem ferrariensem si contra ipm aut aliquem suorum oratorum  
ulterius procederetur et precipiendo sub penis et censuris  
grauissimis quas tamen inferre non poterat Suppositis  
huius sacri Concilij ut ab eo discederent. Quam in re de-  
creta sacri Concilij Constantien et istius manifeste  
uiolabat transferendo Concilium prohibito uoluntatis p̄ter  
consensum ipsius ac etiam usurpando sibi auctoritatem  
supra sanctam Synodum de reformatione ecclie i capite  
agentem non recte sentiens ut uidebatur de auctoritate  
sacrorum Conciliorum et determinationibus vniuersalis  
ecclie fidem concernentibus tam in ipso Constantiensi Con-  
cilio quã in ipso promulgatis super obedientia quã summi  
pontifices Synodis vniuersalibus exhibere tenentur ac  
etiam scisma introducens et aliud Concilium durante isto  
erigens quod non fore Concilium sed conuenticulũ scisma-  
ticorumqz iam precedentibus decretis fuerat declaratum ad  
dissolutionem Concilij iam semel per ipm reuocatum iterum  
redeundo et eo modo dissolutionis ac penarum adiectionis  
supra Concilium iurisdictionem in suo reformationis  
assumendo se non Concilio sed Concilio sibi obedire teneri  
facilis suis protestando. Verebaturqz tantarum tam-  
qz grauiũ offensarum in ecclia dei et scandalum ipsius iam  
pluries attemptatum ac preiudicium fidei multitudinem ut

illo in ipm dnm Eugenium uel iudicij sequeretur uel pro  
ipius et vniuersalis ecclie salute. Sed non in memor hec sca  
Synodus materne pietatis adhuc expec tare uoluit si forte  
ipe dñs Eugenius a tanta inobediencia resipiscens conuertere  
retur ad cor. euidentissimisqz uiribus et rationibus decla  
rauit hanc dissolutionem et translationem nullas penitus  
esse nulliusqz roboris et momenti cum omnibus inde factis.  
Intermissa quoqz celeriori condignaqz inflic tione penarum  
hec sancta Synodus eas dumtaxat penas aduersus p̄fatu  
dñm Eugenium eo tunc promulgare duxit que aduersus  
Romanos pontifices sacra generalia Concilia dissoluē et  
perturbare temptantes ordinare fuerant ut uidelicet nisi  
infra quatuor <sup>14</sup> die dissolutionis et translationis per eū  
atemptate resipisceret cum satisfac tione reali ab omni  
adminis tratione p̄pali esset ipso facto suspensus. Que  
quidem p̄pali adminis tratio ad generale Concilium de  
uolueretur. Et si hanc penam per duos menses sustinet  
animo induratum post quatuor predic tos menses cont <sup>17</sup>  
usqz usqz ad priuationem inclusiue per Concilium ḡniale  
procederetur. Quas penas hec sancta Synodus ipm  
dñm Eugenium si non resipisceret cum satisfac tione reali  
ut premititur declarauit (sed etiam expresse decreuit in  
ausurum. Cum uero iam et prior terminus. Sexa  
ginta diez <sup>60</sup> indultoz <sup>60</sup> post contumacia accusatam et  
alios quatuor mensium post diem p̄se dissolutionis et  
translationis huius Concilij per ipm dñm Eugenium attep  
tataz <sup>60</sup> elapsi sunt et pendentibus ipis dilationibus nulla  
correc tio aut emendatio conspiciatur prouenisse vmo p  
tius continuatio abusu et deformitatum in offensam  
diuine maiestatis et interitum annuarz <sup>60</sup> rebellioz  
et inobediencia dñm Eugenij aduersus scam Synodum  
vniuersalem et decreta ipius. Procuratio in super assidua  
erec tionis illius p̄si Concilij ferrariē per transmissi  
onem h̄az <sup>60</sup> ad diuersas regiones et conuocationem plu  
rimoz <sup>60</sup> ad Concilium quod fore conuentualū fasma  
ticoz <sup>60</sup> iam declaratu comemorauimus. Ex quibus et  
anc <sup>60</sup> toritatis sacroz <sup>60</sup> Concilioz <sup>60</sup> pessundacio et refor  
mationis ecclie dei extinc tio et induc tio scismatici  
auditi per erec tionem alterius p̄si Concilij isto durante

111  
Concilio ac demqz determinationi ecclie uniuersalis par-  
uipensio in lesionem irreparabilem catholice fidei sequeretur  
nisi diuina pietas sue ecclie in tantas languoribus subue-  
niret. Urgetur tandem hec sancta Synodus ne tanta  
mala dissimulando assensum illius prestare uideatur  
et ne facilitas uenie inuentiuu tribuat delinquendi cu  
leuiora remedia non proficiunt utiliore et salubriore  
adhibere medicinam atqz post uarias expectationes  
tandem salutem uniuersalis ecclie providere et ad suspensio-  
nem ipsius dni Eugeny ab administratione ppali quam  
penam sacra Constantien Synodus Romanis ponti-  
ficibus in uarijs casibus censuit inferendam procedere  
alias penas duriores adhuc pro sua mansuetudine diffe-  
rendo ut saltem per compulsionem iusticie cum tempora-  
mento misericordie ipsius Romani pontificis animus  
ad ea que sunt salutis et pacis in reformationem debitam  
ecclie uniuersalis et anime sue ac totius populi xpiani  
salutiferam edificationem ipsiusqz ecclie futuris temporibus  
pacificationem grauisima et auctoritas sacrosancti Concilii  
conservationem ualeat inclinari. In uirtute igitur  
omnipotentis dei in cuius nomine hec sancta Synodus congre-  
gata existit et a quo immediate potestatem super uniuersos  
fideles cuiuscunqz dignitatis etiam si ppalis existant ut  
premissum est accepit eadem sancta Synodus predic-  
tum dnem Eugeny ppam quartam manifestum contumacem  
et in aperta rebellionem persistentem ac notorie incorrigibi-  
literqz eccliam dei scandalizantem omnibus premissis tam-  
conuictum quam diuisim attentis ab omni administratione  
ppatus in spiritualibus et temporalibus suspendit ac suspen-  
sum esse declarat processura tandem ad ulteriora usqz ad  
sententiam finalem inclusiue si opus fuerit ipso dno Eu-  
genio amplius non uocato prout utilitati et necessitati ecclie  
spiritu sco die tante conspexerit expedire. Omne autem  
ipsius ppatus administrationem in hys omnibus que in  
spiritualibus et temporalibus ad solum ppam et sedem  
aplicam de iure pertinere noscuntur eadem sancta Synodus  
ad seipam decernit et declarat esse deuolutam ne propter  
gubernationis defectum ecclia interim uaria discrimina  
pati possit decernens irritum et inane quicquid durante

hac suspensione per ipm dnm Eugenū ratione p̄p̄tatis factū fuit  
uel attemptatum. Omnes quoq; Reges principes Comuni-  
tates et alios quoscuq; cuiusq; status et dignitatis ex-  
istat hec sc̄a Synodus monet et requirit et eisdem in uir-  
tute sancte obedientie et sub diuini obestratione iudicij  
mandat. Et alias his uero personis quacumq; dignitate  
etiam si Cardinalatus patriarchalis aut pontificalis pre-  
fulgeant sub penis quas ip̄o facto incurrant Excommunica-  
tionis et suspensionis ab omnibus dignitatibus beneficijs et  
Officijs quocumq; nomine uicarij etiam si forent me-  
tropolitani aut Cathedralis ecclie siue in titulum siue in cō-  
mendam obtineant Vicarijs autem gubernatoribus vasa-  
lis feudatarijs et subditis Romanē ecclie sub pena priuacōis  
ip̄o facto omnium feudoꝝ et alioꝝ quozcūq; iurū et  
priuilegioꝝ que ab ip̄a Romanē ecclia obtinentur districte  
precepit ut durante hac suspensione pretextu cuiusuis Jura-  
menti subiectionis aut promissioꝝ fidelitatis eidem dño Eu-  
genio nullatenus obediant. Ipsos quoq; ad huiusmodi Ju-  
ramenta et promissiones durante ip̄a suspensione nullatenus  
attingi declarat sed ad hoc sacrum Concilium in omnibus  
recurrant pro quibus ad Romanū pontificem recurrere so-  
liti sunt. Intendit enim hec sc̄a Synodus m̄de iuste ac  
sc̄e necessitatibus quozcūq; providere. Mandat pre-  
terea in uirtute sancte obedientie et sub pena priuacōis  
quā ip̄o facto incurrant oim suozcūq; beneficioꝝ dignitatu  
Officioꝝ cōmendazcūq; pensionū et gratiazcūq; quozcūq;  
expectariuarcūq; omnibus et singulis sc̄e Romanē ecclie  
Cardinalibus Archiep̄is Ep̄is et aliazcūq; eccliazcūq; p̄latis  
Officiarijs curie et clericis quibuscūq; in Romanē curia  
existētibus cuiusuis status et conditionis existant  
q̄tus infra Quadraginta dies proxime sequentes post  
diem p̄ntis Sessionis a curia Romanē recedant et deinde  
Cardinales patriarche Archiep̄i et Ep̄i et alie ecclias h̄c  
prout de iure uel consuetudine ad generale Concilium  
ire tenentur sub penis Juris iter suū sine fraude continuan-  
do ad hoc sacrum Conciliū arripiant. Reliqui uero qui  
ad generale Conciliū non tenentur uenire ad residendum  
et deo seruendum in proprijs beneficijs uel ad hoc sacrum  
generale Concilium sine more dispendio et omni fraude



cessante se transferunt et accedant decreto nro quod incipit  
 Compatiens et alyis quibuscunq; huius sancte Synodi in suo  
 robore duraturis. Omnes autem causas tam ecclias-  
 ticas spirituales qua etiam pphanas ciuiles et criminales atq;  
 mixtas inter quas cunq; personas cuiuscunq; status aut  
 conditionis existant in Roman curia pendentes ab ipa Ro-  
 mana curia hec sca Synodus in eo statu in quo sunt ad se  
 aduocat et aduocatus esse uult et declarat expresse in hibe-  
 omibus iudicibus Auditoribus et Commissarijs quibuscunq;  
 prede curie etiam si Cardinalatus patriarchali pontificali  
 aut alia quauis dignitate prefulgeant ne in prefatis causis  
 procedere aut quidquam agere quouis modo presumant. Qd  
 si post noticiam huius decreti nri quidquam fecerint penas  
 excommunicationis ipso facto incurrant Ab ipius Excois  
 Snia huius sancte Synodi dumtaxat ipa durante absolucioe  
 reseruata aut cognicione iusti impedimenti siquod allega-  
 retur quare a Roman curia ad hanc sca Synodum accede-  
 debentes non accesserunt aut recedere debentes no recesserunt  
 Cuiusquidem impedimenti allegatas causas intendit hec  
 sancta Synodus diligenter cum benignitate scrutari.

Quidquid aut contra hanc aduocationem et in hibe-  
 onem attemptari contingerit ipso iure decernit irritum et inane  
 Et ut fraudibus que excogitari possent obuietur quia cum  
 dataz anticipationibus pntis Suspensionis ac huius decre-  
 ti nri elusionem he ppales uel alioz ipius auctoritate  
 sub dat ante ipam suspensionem produci possent nisi ante  
 huius decreti nri promulgationem fuerint intimare uel  
 publice eis nulla fides adhibeatur et pronullis habeantur

Decernit tandem hec sca Synodus huius decreti publica-  
 tionem in pnti Sessione factam eiusq; affixionem in val-  
 uis maioris ecclie Basihen vim habere monitionis cita-  
 tionis et executionis et ita uniuersos artare ac si persona-  
 liter apprehensi et eis intimatum fuisset. Dat. in Ses-  
 sione nra publica in ecclia maiori Basihen sollemniter ce-  
 lebrata xv. kl. february Anno a Natiuitate domini  
 Millesimoquadringentesimoticesimooc-  
 tauo.

Sessio Tricesima secunda

37

# Acolca ꝛ Ad perpetuam rei

memoriam. Pridem in decreto vicesime  
nonne Sessionis huius scē Synodi quod inci-  
pit Compaciens lucide extitit declaratum  
dissolutionem huius scē Synodi et trans-  
lationem eius in Ciuitatem ferrariensem per dñm Eugenū  
ppam quartum de sedate mptatas tam in eo casu quo contra  
ipm in iurte Citatorij in nra vicesima sexta Sessione pro-  
mulgata aut contra quēpiam presidentium in Concilio  
Oratorij suorj in aliquo procederet quā in eo casu quo  
grecos contingeret aduenire nullas esse penitus qꝫ irritas  
et inanes huiusqꝫ dissolutionem aut translatōm repug-  
nare ueritati declarate per sacram Synodū Constātijs  
dicenti quod generale Conciliū vniuersalem eccliaz mili-  
tantem representans p̄tatem a xpo immediate habet cui  
quilibet cuiuscūqꝫ status et dignitatis fuerit etiam si  
ppalis obedire tenetur in hys que pertinent ad fidem extir-  
pationem scismatis et generalem reformationem ecclie  
in Capite et in membris Qdꝫ si in hys et pertinentibus  
adea obedire contumaciter contempserit condigne p̄nē  
subiciatur Que ueritas in uerbis xpi fundata est et di-  
centis Symoni petro Si eccliam non audierit sit tibi sicut  
ethnicus et publicanus Quecumqꝫ alligaueritis super  
terram ligata erunt et in celo et quecumqꝫ solueritis super  
terram erunt soluta et in celo. Et post pauca subdit ubi  
sunt duo uel tres congregati in nomine meo ibi sum in  
medio eorj. Eademqꝫ sacrorj Conciliorj auct̄tas  
supra Romanū pontificem et quēlibet alterum in ac ti-  
bus aplorj declarationibus vniuersaliū Conciliorj  
et doctrinis sanc̄torj multipliciter inuenitur pa-  
tescēta. Repugnabat quoqꝫ talis dissolutio et trans-  
latio ueritati in hac sanc̄ta Synodo dudum multipliciter  
declarate qd̄ ip̄a Conciliū vniuersale sine consensu pp̄is  
dissolueri non potest et aut de loco ad locum transferre  
Cui dñs Eugenius post longam resis̄tentiam quā  
eidem ueritati in prima p̄nsa dissolutione huius Con-  
cily et translationem in Bononiam olim factis et  
per vniuersum orbem publicatis sub colore reductionis  
grecorj quā etiam uelut causam necessariā protulit

allegabat tandem assentit reuocans huius dissolutione  
 et translationem et dicens ea non obstant Concilium a  
 tempore sue inchoationis legitime continuatum fuisse et  
 decernens ac declarans irritam et inane ac etiam reuo-  
 cans quicquid per eum aut suo nomine factum attemptatum  
 seu assertum erat contra ipsum Basiliense Concilium seu ei-  
 us auctoritatem et deinceps a grauiumibus eidem infe-  
 rendis abstinerere pollicatus est et prout per quartam decimam  
 Sessionem huius sancte Synodi patre apostolice sedis legato et  
 pluribus sancte Romane ecclesie Cardinalibus assenten-  
 te etiam in chite memorie Sigismundo Romanorum Imperatore  
 sibi fuerat indictum in qua Sessione forma prefate re-  
 uocationis et confessionis ueritatis per ipsum dominum Eugenium  
 faciende decreta fuerat. In hac quoque ueritate conque-  
 sicut uniuersa catholica ecclesia reputans ipsam dissolutionem  
 per eum sine consensu Concilii minime fieri potuisse.

Neque ullatenus aduersus ueritatem repugnandi et ad  
 errorem semel dimissum redeundi causam assumere po-  
 tuit ipse dominus Eugenius ex predicto Citatorio in quo post plu-  
 rimas admonitiones sibi factas ut aliqua emendationem  
 poneret efficacem in ecclesiastico regimine miserabiliter  
 defluente et decreta salubria per hanc sanctam Synodum edi-  
 ta susciperet alijsque exemplis bonorum operum presertim  
 seipsum et ceteros dirigendo in uiam salutis cum ipse ex ad-  
 uerso in contemptum huius sancte Synodi et totius ecclesie de-  
 solutionem plurimarumque diuisionum suscitationem salu-  
 stitutionibus et ordinationibus statutum et ordina  
 tum reperitur sed nullum eisdem expressis quouis mo  
 di iudicij generare. Elec<sup>t</sup>us autem in p<sup>ro</sup>u<sup>o</sup> p<sup>ro</sup>utatu  
 sibi elec<sup>t</sup>ione si presens in hac Ciuitate fuerit per ali  
 quos et ipis Elec<sup>t</sup>oribus etiam si Cardinales non fue  
 rint uel extra Ciuitatem per aliquos ex ipis uel alios  
 ad hoc habentes mandatum ab eis in p<sup>ro</sup>u<sup>o</sup> Notarij et  
 saltem decem personar<sup>u</sup> requisitus teneatur infra die<sup>m</sup>

naturalem ab hora requisitionis consentire ac iurare modo  
et forma inferius descriptis alioquin eius Electio pro in-  
fecta habeatur. Volumus autem quod si contingeret ipse  
Electum huiusmodi Electionem non acceptare seu ei non  
consentire modo et forma et in tempore ordinatis quod prefati  
ad eligendum ordinati ad alterius Electionem procedant  
priusquam exeant Conclauem si prefatis Electus in hac Ci-  
uitate fuerit. Si uero fuerit extra Ciuitatem eo casu infra  
triduum post noticiam habitam in Concilio et per ipsum con-  
ciliū in Congregatione generali declaratam de recusatione  
per electum facta iterum intrent Conclauem pro electione  
alterius facienda omnibus modis et formis sicut superius dictum  
est et si quis ipsorum Electorum a tempore primi ingressus  
Conclauis manente recederet a Concilio uel decederet aut im-  
pedimentum haberet per quod non posset Electioni interesse  
uel etiam Conclauem intrare nollet alius loco eius surrogeretur  
de eadem natione per ipsos ad eligendum deputatos aut per  
maiorem partem ipsorum qui habebit communicare et iurare  
prout prefati deputati aut maior pars ipsorum ordinauerit  
duretque potestas omnium et singulorum predictorum absque  
alia noua deputatione Electorum donec Electio per eos fa-  
cienda realiter per consensum Electi sortiri fuerit effectum  
hanc autem formam et modum Electionis approbat  
statuit ordinat et decernit hec sancta Synodus pro hac  
uice et ad omnem scilicet submouendum omnes et sin-  
gulos in eadem Synodo presentes et uenturos et qui ei adhere-  
bunt quantum ad huiusmodi Electionis opus et totalem  
effectum ab omnibus sententiis Excommunicationis si quas  
fortitan incurrerint et quibuscunque censuris a iure uel  
ab homine generaliter uel specialiter etiam a Conciliis ge-  
neralibus uel summis pontificibus promulgatis absoluit  
ipsosque ad omnes actus in eadem Synodo agendas actiue  
et passive quibus opus est habilitat et habiles esse declarat  
uolens etiam ut specialiter in omnibus ad eligendum depu-  
tatis aut deputandis ut premittitur locum habeat consti-  
tutio Clementis v. que ordinat ut nullus ex Cardinalibus  
cuiuslibet Excommunicationis Suspensionis et interdicti  
pretextu ad dictam Electionem repelli ualeat. Ceteris eiusdem  
Concilio decretis in his que superius expressa non sunt semp

saluus Supplens excerta scientia et plenitudine patris  
 omnes et singulos defectus si qui forsan interuenerint in  
 missis ac etiam suspendens omnia iura positua in Concilijs  
 generalibus et a sumis pontificibus edita et statuta et or-  
 dinationes consuetudines et priuilegia quibuscumq; con-  
 cessa et penas contra quoscumq; ordinatas et eis derogans  
 in quantum effectum presentis decreti impedire possent  
 quoquomodo in contrarium facientibus non obstantibus  
 quibuscumq;. Preterea cum necessitas rerum ac circūstan-  
 tie temporis id exposcant ut hec sacra Synodus et ipse sumus  
 pontifex per dei gratiam in proximo assumendus quā maxi-  
 me unū fuit eadem caritate et unanimiti consensu quā plu-  
 ribus ad hec urgentibus rationibus ordinat et decreuit ut  
 Electus in sumū pontificem priusquā aliquid graue in hys  
 que pertinent ad administrationem ppatis exerceat in-  
 signia coronationis sue assumere debeat in loco huius sacri con-  
 cily ad quem si absens fuerit infra terminū sibi assignandū  
 per deputatos ad eligendum uel maiorem partem eorū dem-  
 uenire teneatur. Sequitur forma consensus professionis  
 et iuramenti prestandi per ipm Electum in sumū ponti-  
 ficem. In nomine domini amen In nomine sancte et  
 indiuidue trinitatis patris et filij et spiritus sancti Ego N.  
 Electus in ppam omnipotentis deo cuius eccliam suo psidio  
 regendam suscipio et beato petro apłōrū principi corde et  
 ore profiteor quā diu in hac fragili uita constitutus fuerō  
 me firmiter credere et tenere fidem catholicam secundum  
 traditionem apłōrū generalium Concilioꝝ et alioꝝ  
 scōꝝ patrum maxime autem Octo Concilioꝝ un-  
 uersaliū uidelz primi Niceni secundi Constāntinopolitani  
 terti Ephesini primi quarti Calcedonēni quinti et sexti item  
 Constāntinopolitani septimi item Niceni Octauī  
 quoq; Constāntinopolitani. Necnon Lateranēni Lug-  
 dūnēni Viennēni Constāntinēni et Basiliēni generalī etiā  
 Concilioꝝ et illam fidem usq; ad unū apicem inuictatā  
 seruare et usq; ad animam et sanguinem confirmare de-  
 fensare et predicare Ritumq; pariter sacramentozū ecclie  
 statozū ecclie traditum oimode prosequi et obseruare  
 polliceor etiam fideliter laborare pro tuitione fidei catholice  
 et extirpatione heresum et erroꝝ reformatione moꝝ

Executione et obseruatione decretorū Con-  
stantien et Ba-  
silien Conclioꝝ ac pace in populo xpiano. Iuro etiam profe-  
qui celebrationem Conclioꝝ generalium ac confirmatio-  
nem Electionum iuxta decreta sacri Basilien Conclij.  
hanc autem professionem mea manu subscripsi et tibi  
omnipotenti deo cui in die tremendi iudicij redditurus su-  
de hoc et alijs meis operibus rationem pura mente super al-  
tate offero quam in primo publico Consistorio sollemniter  
repetam. Dat. ut supra.

## acro sancta ꝛ. Ad perpetuam

rei memoriam. Cum ea que laudabiliter  
pro reprimendo conatus malignantiū ordina-  
ta sunt nullatenus negligi debeat sed potius

diligenti seruari studio sacrum canonem dudum in concilio  
Constantien editum aduersus illos qui bona Elec-  
torū seu etiam eorū qui famabantur de nouo Elec-  
ti in sumos pontifices rapere uellent Inuouat hec sacra Synodus sub huius  
tenore Omnis etas ab adolescentia sua prona est ad malū  
ad id presertim ad quod cupiditatis et auaricie stimulis  
incitatur. sunt autem et sc̄e sunt leges ut earū metu hu-  
mana refrenetur audacia. tuta qz sit inter improbos imo-  
centia et refrenetur nocendi facultas. Cum itaqz non  
nūquāz euenisse comperimus qd̄ electo Romani pontifice  
nō nulli subpretextu p̄se cuiusdam abusiue licentie res et  
bona sic electi quasi culmine diuitiarū adepti falso preten-  
dentes occupant. cedi. Ne dum illius sic electi ymo aliqui  
nō nullorū quos Electos esse mendaciter confingunt  
domos res et bona illoꝝ necnon aliqui bona Cardinalium  
aut Electorū Romani pontificis et alioꝝ in loco Con-  
clauis existenciu etiam uolent inuadunt recipiunt  
occupant et transportant licet fac-  
ta existimantes Ex-  
quibus supermitterentur plura pericula scandala rapine  
furta et nō nūquāz homicidia sequerentur. Nos igitur  
tam scelerate temeritatis et audacie uiam precludere et  
huiusmodi periculis et scandalis obuiare uolentes p̄fati  
damnantes sceleratum abusum talia fieri hoc edic-  
to prohibemus. Et tunc qd̄ quicūqz cuiuscūqz stat-

aut conditionis existat contra hoc presumpserit attemp-  
 tare aut ad hoc auxilium consilium uel fauorem prebere  
 penas quas in uolentos raptos et occupatores huiusmodi  
 Jura atqz aplice et Imperiales Constitutiones statuunt  
 et eo ipso Excommunicationis Sententiam incurrant aqua  
 nisi per hanc sanctam Synodum aut futurum Romanum pon-  
 tificem preterquam in mortis articulo et facta satisfactione  
 absolui nequeant et omni officio beneficio priuilegijs ac  
 dignitate ecclesiastica et mundana feudisqz et rebus alijs si  
 que aut quas in Romanis uel alijs ecclesijs obtinebit sit pri-  
 uatus et intestabilis ac tunc et postea existat Ciuitas  
 uero que in premissis culpabilis fuerit ecclesiastico subiace-  
 at interdictioni huic adiacentes sanctioni ut domini  
 temporales Rectoresqz et Officiales Ciuitatis uel loci ubi  
 Electionem Romani pontificis contigerit celebrari illa  
 imminente premissa fieri subgrauibus penis publice et rea-  
 liter prohibeant et prohibitionem diligenter faciant ob-  
 seruari. Ceteris constitutionibus circa talia editis in suo  
 robore duraturis. Et quia nunc immet Electio Romani  
 pontificis per hanc sanctam Synodum seu eius auctoritate  
 celebranda ubi obseruatione et executione prefate Consti-  
 tutionis opus est nos omnia et singula predicta agendi  
 et exequendi illis personis tam ecclesiasticis quam seculari-  
 bus que postmodum in nostra Cancellaria nominabuntur  
 plenam et liberam committimus et concedimus facultatem  
 et potestatem decernentes lras super hoc fieri cum censuris  
 et alijs remedijs juris etiam cum inuocatione brachij  
 secularis et clausulis oportunis. Dat. ut supra.

Acrosancta etc. Ad futuram rei memoriam  
 Ne uariarum rerum occupatio actum salubrem  
 Electionis futuri pontificis impediatur aut  
 perturbetur decernit hec sancta Synodus ut ad  
 tam necessarium et tam salubre Electionis negocium at-  
 tentius procedatur Audienciam et omne causarum et litium  
 exercitium in hoc sacro Concilio preter Audienciam Camere  
 a die quo deputati ad eligendum summum pontificem intra-  
 bunt Conclauem et deinceps usque ad publicationem electio-  
 nis

V

ipius summi pontificis inclusivie suspendenda esse Eademqz  
hoc presenti decreto suspendit et prohibet irritum decernens  
et inane quicquid in contrarium fuerit attemptatum. Dat  
in sessione nra publica in maiori ecclesia Basilien sollem  
niter celebrata ix. kl. Nouembz Anno a Natiuitate  
domini millesimoquadringentesimo tricesimo nono.

sessio Tricesima octaua

**Veritas sancta & Ad perpetuam**

rei memoriam. In esdra scriptum est  
Veritas magna et fortior pre omnibus omis  
terra ueritatem inuocat / celum etiā ipam

benedicit / Veritas manet et inualescat in eternū. et uiuit  
et obtinet in secula seculoz. Non est apud eam accipere  
personas neqz differentias sed que iusta sunt facit omibz  
iustis. Cuiusquidem ueritatis fortitudinem dum  
impugnare conatur Gabriel quondam die tus Eugenius  
ppa quartus iusto iudicio a ppatu depositus seipm magis  
deicit et prosternit Qui nuper apud florentiam prout  
per sumariam in formationem accepimus libellū quendam  
qui incipit Moyses seruus dei promulgauit in quo trans  
lationem pnsam huius sacri Concilij in ferrariam quam  
erroneam in fide pluribus decretis et Eplis nris lucidissime  
declaramus Necnon eretice herese schismaticam Conuen  
tuali ferrariē sub nomine generalis Concilij hoc sacro  
durante Concilio in vim prefate translationis attemptū  
tam maiore semper cum pertinacia defendere et approbare  
conatur Adiciens qd a recta linea per am fractus erro  
ris exorbitauimus Qd qz Concilium Constanciē  
in malignū sensum et a sana doctrina penitus alienū  
pertraximus in hoc qd declaramus per Sessionem  
nrām xvij. kl. Junij proxime preteriti celebratam tres  
ueritates quaz tenor sequitur Veritas de pte  
Concilij generalis uniuersalem eccliam representantis  
supra ppam et quēlibet alterum declarati per Constān  
et hoc Basilien generalia Concilia est ueritas fidei  
catholice. Veritas hec qd ppā Concilium generale

vniuersalem ecclesiam representans ac legitime congre-  
 gatam super declaratis in prefato ueritate aut aliquo  
 eorum sine eius consensu nullatenus aut fortitue pot-  
 dissoluere aut ad aliud tempus prorogare aut de loco ad lo-  
 cum transferre est ueritas fidei catholice. Veritati-  
 bus duabus predic- tis pertinaciter repugnans est cen-  
 sendus hereticus. Conatur quoque ipse Gabriel post  
 predicta per eum sic asserta sub obscuritatibus uerborum  
 mundum inuoluere dicens se damnare et reprobare ueri-  
 tates predictas ad sensum Basiliensem quem inquit factu  
 demonst- trauit neque illum sensum explicans nec in quo  
 sensu eas approbare uelit manifestans. Que fortassis  
 ideo subiacet quoniam manifeste uidet uerba dicta esse  
 ueritatum adeo clara esse et aperta sicut sunt que de nulla  
 obscuritate notari merito possunt nec ad multiplices pro-  
 trahunt sensus et per consequens quod ille primus sensus  
 iuxta quem se dicit reprobare dictas ueritates nullatenus  
 allegari potest. Hoc autem notum facimus vniuersis  
 catholicis quod nullum sensum in his habet hec sancta Synodus  
 nec habere uult nisi quem sacra Synodus Constantien-  
 si habuit in declarationibus suis sensum uerum et catholi-  
 cum queque semper habuimus in declarationibus per  
 nos factis in secunda undecima duodecima uicesima  
 nona et alijs Sessionibus nostris ac eplis Synodalibus pa-  
 riter cum Cardinalibus sancte Romanæ ecclesie patriar-  
 chis Archiepis Episcopis Oratoribus principum Abbatibus  
 Doctoribus qui in nostro ceterum affuerunt fideliter et unani-  
 miter credentibus quod Concilium habet potestatem imme-  
 diate a christo cui propria obedire tenetur prout ueritas prefata  
 in Concilio Constantien- si declarata definit. Quod quia  
 hec ueritas est iuris diuini quod propria ipse Concilium gene-  
 rale vniuersalem ecclesiam representans legitime congre-  
 gatam eo modo quo frequenter declaratum est sine  
 eius consensu dissoluere aut de loco ad locum transfer-  
 re non potest. Neque aduersus has ueritates preualere  
 potuit Gabriel ipse qui pensam dissolutionem huius sacri  
 Concilij sine eius consensu prima uice pereundem Gabri-  
 elem attemptatam hoc sacro Concilio eidem ex parte  
 dei omnipotentis precipiente atque mandante iudicialit-

reuoare compulſus eſt ac in ſua addeſione eam declarauit  
nullam irritam et inanem ſp̄a qz non obſtante Concilium  
legitime congregatum fuiſſe ac proſecutionem habuiſſe et ha  
bere debere reuocando etiam expreſſe lr̄as incipientes Deus  
nouit que ſuo nomine facte dicebantur et aduerſus huius  
ſacri Concilij ac aliorſ Concilioꝝ auctoritatem varios  
errores continebant. Item duas lr̄as ſuas incipientes. In  
ſcritabilis et in archano. Alias etiam quaſcunqz ac quidqz  
per ip̄m aut ſuo nomine in preiudiciū aut derogationē huius  
ſacri Concilij Baſilien ſeu contra eius auctoritatem factū  
et attemptatum ſeu aſſertum erat. Ecclia qz catholica tūc  
in pace conquieuit tenens firmiter eſſe uerum et catholicum  
qd̄ p̄pa abſqz conſenſu Concilij ip̄m diſſoluere aut tranſſerre  
non poteſt. Cognoueruntqz cum ſi fideles qd̄ acquieſcere  
oportet iudicio generalis Concilij ſummi pontificem. Cū  
poſt tam diuturnam reſiſtenciam duorſ annorſ  
quibus ip̄am diſſolutionem idem Gabriel iuſtificare cona  
batur acquieuit iudicio ſacri Concilij preſentans iudicia  
liter coram eodem formam ſue Confessionis que admodū  
ſacrum Concilium ordinauit reuocando expreſſe ut dē  
eſt quecunqz aſſertū per eum aut nomine ſuo in contrariū  
poſſuntqz om̄es catholici nūc uidere quantum plaga inferre  
tur ecclie dei ſi reuocaretur in dubiū illa declaratio facta  
in Concilio Conſtantien iugore cuius deſcriptio Johannis  
Viceſimertij et priuano Benedic ti a iure p̄patis ſiquid  
habebant ſic in ſuis obedientijs inuicem ac etiam E  
lectio Martini cui ſucceſſit olim Eugenius facte ſunt  
a quibus conſequenter om̄es creationes Cardinalium  
promotiones prelatorſ et aliorſ ordinū et graduum  
eccliaſticorſ facte ſunt quantumqz declarationis eius  
dem et auctoritatis date a ip̄o Concilio generalibus  
iugor deperiret ſi ſummi pontifices poſſent Concilia dū con  
gregata eſſent tranſſerre de regione in regionem ſine con  
ſenſu ip̄orſ et eiſdem Concilioſ precipere ut diſſoluerent  
aut diſcederent etiam ſi nollent quotiens liberet ip̄is pon  
tificibus. Verum in hac reprobatione die t̄arſ ueritatem  
quam idem Gabriel facit in preſato libello intelligere  
poſſunt om̄es fideles quomodo iam id uerificatur quod a  
ſeptem annis in ſua duodecima ſeſſione ip̄ius de ip̄o Ga



bricle predixit hec sc̄a Synodus cum ait. Et quantum ex  
 eius uerbis fac̄tisqz colligi potest nil aliud pretendere vi  
 detur nisi ut eccliam pessundet iusqz sibi et successoribus faci  
 at non solum abrogandi ritum sacroz Concilioz et ea  
 pro libito dissoluendi sed et ipoz decreta spiritu dei promul  
 gata a quibus status pender vniversalis ecclie irritandi et  
 abolendi et presertim declarationem illam qd̄ in hys que ad  
 fidem extirpationem sc̄isnatis et generalem reformatione  
 ecclie in Capite et in membris pertinent quilibet etiam si pa  
 palis dignitatis decretis generalis Concily subicitur hec in  
 prefata duodecima Sessione habentur. Quenue idem Gabri  
 el aperte manifestat. Unde omnes intelligere possunt quam  
 in te hec sc̄a Synodus hucusqz eidem resistit conspiciens  
 animu obduratum quo auctoritati Concilioz generaliu  
 fac̄tis et uerbis resistebat contemnendo etiam et uiolan  
 do uoluntarie sacros Canones pro salute animaz editos  
 de quibus ait damasus p̄pa violatores Canonu uoluntarie  
 a sanctis patribus grauitur iudicantur et a spiritu sc̄o  
 in te tu cuius ac dono die tati sunt damnantur.  
 Quoniam blasphemare in spiritum sanctum non icon  
 grue uidetur qui contra eosdem canones no necessitate  
 compulsi sed libenter ut premissum est et aliquid aut pro  
 terue agunt aut loqui presumunt aut facere uolentibus  
 sponte consentiunt. Talis enim presumptio manifeste  
 vnu genus est blasphemancium in spiritum sanctum  
 Reprobat in super prefatus Gabriel et damnat sua de  
 positionem ad quam hec sancta Synodus iuxta dispositio  
 nem prefate ueritatis in concilio Constantien declate  
 post longam expectationem et maturam examina  
 tionem iudicalem processit propter heresim / Scisma  
 Symoniacam notoriam prauiditatem periuriu et con  
 temptum ac violationem assiduam synodaliu decretoz  
 concernenciu reformationem generalem ecclie in capite  
 et in membris quibus incorrigibiliter scandalizabat  
 eccliam dei a quibus quidem nequaquam se in p̄fato libello  
 expurgat sed conuicia et maledicta in hoc sacrum Con  
 cilium et Supposita eius referre conatur et Ensam in  
 iudicem ferre a quo legitime condemnatus extitit et post  
 qua per eccliam hereticus iudicatus est et ueros catholicos

doctrinam ipsius ecclesie inuariabiliter tenentes hereticos ap-  
pellare presumunt sicut mos est et condemnatores de heresi  
ut suis iudiciis maledicere et heresim obicere soleant cu-  
ueritate fuerint manifestissima superati ad que omnia  
plenorem responsionem fecimus in responsione synodali  
dati in nostra generali congregatione Non huius mensis Oc-  
tobris. Renouat etiam penas quas aduersus Suppo-  
sita huius sancte Synodi eo quod sue p[ro]se et erronee trans-  
lationi non parebant iam dudum anno priore in Con-  
uenticulo ferrariensi promulgauit. Cum itaque ex  
dicto libello omnibus constare possit quomodo prefatus  
Gabriel in crimine heresis ac schismate de quibus condem-  
natus est se pertinacius obduratum reddebat et magis  
ac magis se hereticum comproberet. Vniuersis et singulis epi-  
scopis fidelibus hec sancta Synodus precipit atque mandat ut  
iuxta uerbum moysi serui dei dicentis Recedite a taber-  
naculis hominum impiorum. A tabernaculo et consortio  
ac omni adhaerentia ipsius Gabrielis tanquam a chore da-  
than et abiron aue toribus schismatis recedant cum effectu  
illiusque omnino deuitant iuxta preceptum apostoli in epistola  
ad titum qua dicit hereticum hominem post prima et  
secundam correctionem deuita sciens quia subuersus  
est qui eiusmodi est et delinquit proprio iudicio con-  
demnatus. Nam etiam iuxta doctrinam Iohannis in se-  
cunda canonica sua non habenti doctrinam ecclesie nec est  
dicendum aue. Omnesque huic diuine sententie non  
acquiescentes merito pertimescere habent quoniam in  
districto examine diuini iudicii reddituri sunt ratio-  
nem si participationem adhaerentiam et fauorem dicto  
Gabrieli per generale Concilium condemnato tanquam  
heretico prestent. Et quoniam ut ait beatus Gregorius  
Illa capita recipi non debent quorum damnantur auctores  
ne ex doctrina prefati libelli quem in confirmationem  
sue heresis et schismatis dictus Gabriel post suam con-  
demnationem effecisse dicitur quempiam fidelium in hac  
re sedua contingat hec sancta Synodus districte  
inhibet precipit atque mandat omnibus et singulis christi-  
anidelibus cuiuscumque dignitatis etiam si Cardinalatus  
patriarchalis pontificalis aut alterius cuiuscumque ecclesiastice

uel secularis etiam in universitates Communitates uel Colle-  
 gia fuerint ne prefatum libellum publicare predicare appro-  
 bare seu defendere presumant seu eidem quouis modo assentire  
 credere aut sanere uel eo uti seu utentibus eo consilium auxi-  
 lium aut fauorem prestare neque etiam possis censuris seu  
 sententijs inuocationis declarationis damnationis et re-  
 probationis nūciationis confirmationis et dispositionis in  
 eodem libello quomodolibet contentis quas nullas ac nul-  
 lius penitus roboris uel momenti esse decernimus et declara-  
 mus obedire attendere seu ea obseruare aut uigore eorū de-  
 seu aliorū quorūcūq; mandatorū uel concessionū aut  
 indultorū quasūq; dignitates etiam si Cardinalatus  
 patriarchales Archiepales Epales fuerint uel beneficia aut  
 alia quecūq; bona Suppositorū huius sancte Synodi  
 et eidem adherentiū quouis modo impetrare occupare aut  
 detinere etiam si motu proprio eis concessa dicantur. Vel  
 ipsos sic impetrantes occupantes uel detinentes ad possessi-  
 onem eorūdem recipere uel admittere seu eos in eisdem  
 sustinere quouis modo presumant sub penis fautorie  
 schismatis et heresis necnon alijs penis Excommunicationis  
 priuationis ab omnibus dignitatibus etiam si ut premit-  
 titur Cardinalatus patriarchales Archiepales aut ponti-  
 ficales fuerint beneficijs et officijs et inhabilitationibus  
 ad easdem et interdicti dudum in octaua tercia decima  
 et uicesimanona ac alijs Sessionibus huius sancte Synodi  
 in talia facientibus promulgatis. Quas hec sancta Synodus  
 innouat et quas omnes et singuli predicti ipso facto incurrit  
 nec ab alio quā ab hac sancta Synodo preterquam in mortis  
 articulo ualeant de predictis absolui. Et si qui huic sacro  
 Concilio incorporati aut ei adherentes uigore mandatorū  
 prefati Sabrielis olim Eugeny post eius suspensionem  
 ab administratione ipsa emanatorū suis dignitatibus  
 aut beneficijs quibuscūq; spoliati essent aut spoliarentur  
 in futurū possint nichilominus sine alia causa cognitiōe  
 aut requisitione alterius auctoritatis possessiones huius-  
 modi dignitatum et beneficiorū per se uel per alios re-  
 intrare et recuperare alijs penis contentis in decretis nostris  
 semper in suo robore duraturis. Dat. in Sessione nostra  
 publica in maiori ecclesia Basiliensi sollemniter celebrata

11. 21. Nouemb. Anno a Natiuitate domini millesimo  
quadringentesimo tricesimo nono Aplyca sede vacante

11

Acrosane ta zc Ad perpetuam rei memoria  
Magna nobis est sollicitudo ut Elec tiones  
pastoꝝ quibus incumbit regere gregem  
dominicum rite celebrentur et quantum pos  
sibile est tunc remoueantur que ipsoꝝ puritati ob  
uiare possunt. Quia uero sepius contingit hac tenus mo  
nasterioꝝ et eccliaꝝ prelati decedentibus et eorꝝ cor  
poribus tumultatis propter expectacionem absentiu uo  
candoz ex locis longinquis ecclias ipas et monasteria  
uacantia interim dispendia plurima suscepisse et propter  
diuturni interim expectati temporis spaciu uaria rogami  
na et precum subornationes factas fuisse. Unde ecclis  
sepius magne diuturne prouenisse noscuntur. Statuit  
et ordinat hec sac Synodus qd decetero ad Elec tiones de per  
sonis ad eccliaꝝ et monasterioꝝ regimina faciendas  
ubi absentes hac tenus uocari consueuerunt no teneantur  
illi de Capitulo uel Conuentu in quo Elec tio facienda fuit  
aliquos uocare absentes in locis ultra duas dietas ab ipa  
ecclia uel monasterio distantibus existentes canonibꝝ  
aliter disponentibus non obstantibus quibuscunqꝫ Et  
idem in Elec tionibus ad quasunqꝫ dignitates faciendas  
intelligatur. per hoc tamen priuilegijs statutis et consue  
tudinibus illarꝝ eccliaꝝ et monasterioꝝ in quibus  
ad ipas Elec tiones faciendas prelati religiosi aut alij de a  
lijs ecclis aut monasterijs uocandi sunt non intendimꝝ  
in aliquo derogare. predic ta queqꝫ in casu Elec tionu  
dumtaxat uolumus intelligi. Alijs casibus in quibus ab  
sentes uocandi sunt in dispositione iuris comunis rema  
nentibus. Insuper quoniam in modo et forma eligendi ecclis  
et monasterijs prelatos maxime cum in eorꝝ Elec tioni  
bus per viam scrutiny proceditur multa requiruntur a iure  
obseruanda quorꝝ ommissio huiꝝ Elec tiones nullas reddit  
uel saltem annullandas. Unde dispendia et quaplurima dis  
crimina eisdem ecclis et monasterijs hac tenus sepe nu  
mero euenerunt et continuo impoꝝterz euenire possent

ad obviandum eisdem discrimibus et dispendijs Statuit hec  
 sc̄a Synodus qd̄ superiores ad quos eorūdem Electionū spectat  
 Confirmatio Elec̄tiones quascūq; huiusmodi illas  
 alias a maiori parte Capitulorū seu Conuentuū Eccliarū  
 et monast̄erorū huiusmodi prius tamen uocatis uo-  
 catis et Cōmunionē suscepta ac Juramentis pres̄tatis  
 primitus iuxta formam decreti nr̄i desuper editi de per-  
 sonis idoneis celebratas cognouerint super reliquis for-  
 mam concernentibus iuxta traditionem canonū absq;̄  
 tamen malicia et fraude obmissis ad confirmatiōes huius  
 huiusmodi Elec̄tionū procedere et cum taliter elec̄tis cū ip̄arū  
 qualitas et eccliarū utilitas persuasērit ut ydem eccl̄ijs et  
 monast̄eris eisdem p̄cesse sp̄s q;̄ in spiritualibus et tem-  
 poralibus regere et gubernare ualeant dispensare possint  
 et ualeant. In postulacionibus tamen quorūcūq; nul-  
 latenus Juramenta et Cōmuniō sicut nec in Elec̄tionib;̄  
 obmittantur Constitucionibus eisdem in contrariū  
 facientibus non obstantibus quibuscūq;. Dat. ut supra

A cresancta .zc. Ad futura rei memoriam  
 Nuper in decreto nr̄e Tricesimeseptime Ses-  
 sionis super Elec̄tione Romani pontificis  
 promulgato inter cetera Statuimus qd̄  
 vna cum dilec̄to eccl̄ie filio Ludouico it̄. sc̄e Cecelie Cardinali  
 Arelaten uulgariter nūcupato et alijs Cardinalibus sacro  
 sanc̄te Roman̄ eccl̄ie siquā autē consumatā Elec̄tionem  
 aduenirent et ip̄i Elec̄tionū interesse uellent aly trigin-  
 taduo tam de prelatīs quā decetis honorabilibus eccl̄iast̄i-  
 cas uiris assumerentur qui pro hac uice auctoritate huius  
 sc̄e Synodi ip̄m Romanū pontificem eligere haberent  
 ita ut ille ab vniuersali eccl̄ia sūmus pontifex habeatur  
 qui ad uobis partibus omnium p̄d̄corū fuerit Elec̄tus  
 prout hec omnia in p̄dic̄to decreto latius continentur  
 inter quos triginta duos nominauimus et elegimus  
 dilec̄to eccl̄ie filios Thomam Abbatem de diindrayna or-  
 dinis Cisterciē dioc̄e Candidecase Johannem de Se-  
 gobia Archidiaconū de villa iussosa in eccl̄ia Queten  
 Thomam de Corcellis Canonicum Ambianen in sacra

Theologia magros committentes eadem plenariam facultate eligendi si uellent ac assumendi seam unū duos aut tres alios prout eis uideretur qui assumpti et Electi similem et eandem seam potestatem haberent et facultatem mandato uice et auctoritate huius sacri Basiliensis Concilii nominandi et eligendi restantes Electores ipsius futuri Romani pontificis et etiam alios Officiarios pro conclau necessarios. Ita quod nullus per eos eligendus aut nominandus censeretur esse Electus et nominatus nisi a maiori parte predictorum eligentium nominatus esset et Electis Quibus inuimus ut reciperent et nominarent ipsos restantes Electores ex toto corpore Concilii habendo respectum ad Nationes et deputationes in hoc sacro Concilio existentes quantum fieri posset, recepimusque ab ipsis tribus prenomiatis Iuramentum quod eligerent viros timoratos et idoneos. Quos non reuelarent Electis per ipsos usque ad publicationem eorumdem in congregatione aut Sessione sed ipsam Electionem sic per eos factam clausam sub eorum sigillis reponerent in aliquo loco tuto sub fida custodia usque ad ipsam diem publicationis. Volentes autem tres predicti deputati nostri commissione sibi per nos factam exequi coassumpto sibi dilecto ecclesie filio Cristiano de grezregine in theologia magro pposito ecclesie sancti petri in Bruna Olomucen diocesis die v. kl. Nouembrii in domo fratrum minorum Basiliensis conuenientes elegerunt et nominarunt tam de platis quam de ceteris usque ad complementum numeri xxxij. ipsi in eodem numero ex nostra ordinatione comprehensis quos in certa cedula descripserunt et eandem clausam sub sigillis eorum in loco tuto sub fida custodia reposuerunt usque ad diem publicationis fiende. Subsequenter uero die quarta kl. eiusdem mensis Nouembrii in nostra generalis Congregatione ad hoc specialiter iudicata prefatam cedulam aperientes nominationem et Electionem sic per eos factam publicauerunt in qua persone infra scripte nominate et deputate sunt ab eisdem pro Electoribus futuri Romani pontificis. Johannes Archiepiscopus Tharrentasiensis. Otto de rufsen. Georgius vicen. Franciscus Gebennensis. Ludouicus vifensis. Bernardus Aquei. Guil-

131

lertinus Veracellien / Georgius Augustinus Johannes yporrigen / fridericus Basilien . Ludouicus Thaurinen ecclesiarum  
Epi . Aleramus sancti Benigni fructuarien ordinis sancti  
Benedicti yporrigen diocesis . Iacobus de Secusia eiusdem  
ordinis Taurinen diocesis . Conradus de Lucella Cister-  
tien ordinis Basilien diocesis . Raymundus Conchen ordi-  
sancti Benedicti Ruthenen diocesis . Petrus sancti Cucufatis  
eiusdem ordinis Barchinonen diocesis . Thomas de Dundra-  
yna ordinis Cistercien Candidense diocesis . Anthonius  
Arularf ordinis sancti Benedicti Eluen diocesis monas-  
teriorum Abbates . Johannes de Segobia Archidiaconus de  
Villauissa in ecclesia Oueren / Crystannus de grezregie  
propositus sancti petri in Brunna Olomucen diocesis . Nico-  
laus Thybout penitentiarius Constantien prouincie  
Rothomagen . Thomas de Corcellis Canonicus Ambia-  
nen . Johannes de ualle rector ecclesie parochialis de ploene  
orleonen diocesis in theologia magister . Guillelmus hugois  
Archidiaconus Meten legum . frater Johannes de monte  
canuto preceptor domus sancti Anthony de Reuersio  
Taurinen diocesis . Deyzelus Archidiaconus Cracouien  
Bernardus Boss Canonici ylerden / frater Bartho-  
lomeus de pronans preceptor domus de Clauatio sancti  
Anthony yporrigen diocesis / Johannes Wylter decanus ecclesie  
Basilien . Raymundus Albioli Canonicus Tyrasonen  
decretorum . henricus de Judais legum doctor . Iacobus  
de Salzeburga licenciatu in iure Canonico Ratisponen  
Omnes predicte in sacerdotio constituti sunt .

Nomina uero personarum quas in alijs officijs necessa-  
rijs pro Conclau deputauerunt sunt hec . Ludouicus  
Lausanen Episcopus pro locumtenente Camerary . pro Cu-  
stodibus Conclauis parauallus Bellien . Nicolaus  
Grossetan Episcopus . Johannes sancti Michaelis de Clusa or-  
dinis sancti Benedicti Taurinen diocesis . franciscus ha-  
bundantie ordinis sancti Augustini Gebennen diocesis  
monasteriorum Abbates . franciscus de face ordinis  
minorum magister in theologia . wilhelmus de Con-  
stantia legum doctor Canonicus Spiren . Johannes  
de Turicella decanus Segrobien / Theodericus Nagel  
Canonicus Rigen . pro clericis ceremoniarum gracia

Enneas de Bemis Tridentin. Michael Brumen Belua  
cen eccliaz. Canonici Notarij aplici, pro promotori-  
bus Hugo Barardi, Johannes Sleszenrode, pro  
procuratore fiscali Robertus Maniani, pro Soldano  
petrus de atrio. Demceps autem loco Bernardi  
Epi Aquen qui allegatis per eum pluribus causis ab in-  
gressu Conclaus et Offitio Elec-tionis ad quod deputat<sup>us</sup>  
erat se excusavit habita deliberatione in sacris deputatio-  
nibus loco eius in nra generali Congregatione nomina-  
uimus et deputauimus luduicam Epim Marsilien.

hanc itaqz nominationem Electionem et deputationem  
tam debentiu eligere sumu pontificem qua Officiarioz  
necessarioz pro Conclau presenti decreto eadem sca Sy-  
nodus approbat et confirmat, eamqz ualidam esse atqz  
in omnibus vim robar et effectum habere debere de-  
cernit et declarat, suppleus ex certa scientia et de plenu-  
dine potestatis omnes et singulos defectus si qui forsitan  
interuenerint in premissis. Dat. in Sessione nra  
publica in maiori ecclia Basilien sellenmter celebrata  
ij. kl. Nouembz. Anno a Natiuitate Domini  
Millesimoquadringentesimo tricesimo nono.

### Sessione Tricesimanona

## acro sancta generalis Sy

nodus Basilien in spiritu sancto lome  
congregata vniuersalem eccliam repre-  
sentans. Ad perpetuam rei memoriam  
Deus patrum nroz et dñs misericor-  
die qui fecit omnia uerbo suo Et si de omnibus a se creatis  
prouidenciam gerat cuncta certo gubernans ordine  
Speciali tamen cura dilectam suam eccliam semper di-  
rigit pro qua unguentum suu dedit consolans eam  
iugiter per spiritum paracletum, qui ipam in afflicti-  
onibus adiuuat, in persecutionibus confortat, in tri-  
bulationibus letificat, nec eam quibuslibet tempta-  
tionibus scali huius vincit aut superari permittit  
In cuius glorioso nomine congregata hec sca Synodus



auctoritate duorum precedentium Conciliorum et duorum  
 Romanorum pontificum dum reformationem legis dei  
 et sanctorum canonum / reformationemque morum sollicito perqui-  
 sivit studio / simul etiam extirpationem heresum paci-  
 ficationemque christianorum principum multis prosequens  
 laboribus / varias aduersitates pertulit / et propter uerita-  
 tem et iustitiam plurimas persecutiones perpessa est  
 Adiuuante tamen uirtute dei sedulo perseverauit in pro-  
 secutione sancte Reformationis ecclesie pro honore dei et  
 salute omnium animarum. Cum autem hoc opus felices  
 progressus habere non posset propter aduersitates et re-  
 sistencias plurimas quas Gabriel olim Eugenius ipse  
 quartus in contrarium apponebat decreta salubria et sa-  
 cros canones contemnens et paruipendens auctoremque  
 generalium Conciliorum uerbis et factis conculcans de-  
 terminaciones fidei catholice per ecclesiam factas perti-  
 naciter impugnando et abusibus uariis atque criminibus  
 ecclesiam dei notorie et incorrigibiliter scandalizando pro-  
 ut in processibus super hoc deductis latius continetur.  
 ubi tandem apud eum nulla proficiebat ammonitio Oportuit  
 ad alia iuris remedia recurrere / et a summo pontifice  
 quod nimium damnose et inutiliter administrabat  
 eundem deponere / postquam depositionem cum quatuor  
 menses et amplius essent effluxi / Considerantes quam  
 grauibus sit omnia dispendys quot et quantis sit  
 plena periculis ecclesie Romane prolixa uacatio sicut  
 exacta consideratio temporis edocet Ad electionem noui  
 pontificis procedere diuimus Repetitis prius in nostra  
 publica Sessione Tricesima septima illis que dudum  
 de Electione summi pontificis in hoc Concilio fienda in  
 euentum vacationis sedis aplice ipso Concilio durante  
 in quarta et septima Sessionibus eiusdem sancte Synodi  
 statuta et ordinata fuerant et facta sollemni declara-  
 tione quod pro hac uice ipsa Electio Romani pontificis  
 fienda et celebranda erat per hoc sacrum Basiliense Con-  
 ciliium seu eius auctoritate atque etiam ordinato per  
 decretum prefate Tricesime septime Sessionis quod una-  
 cum dilecto ecclesie filio Ludouico tunc sancte Ecclesie  
 sacrosancte Romane ecclesie primo Cardinali Arlaren-

uulgatiter nūcupato presente et presidente in hoc sacro Conci-  
lio et alijs ipsius sancte Romane ecclesie Cardinalibus si qui  
ante consummatam Electionem futuri Romani pontificis  
aduenirent et adherentes huic sacro Concilio eidem Elec-  
tioni interesse uellent. Aliam de prelati quā de ceteris  
honorabilibus ecclesiasticis uiris in sacerdotio aut salte  
dyaconatus ordine constituti usq; ad numerū trigin-  
ta et duoz; per eandem Synodum ad predicā electionē  
faciendam in generali sua Congregatione ac in sessione  
publica nominandi et deputandi p̄tatem haberent pro  
ut secundum deum et suas conscientias eidem iudicet  
hac uice libere eligendi sūmū pontificem auctoritate  
huius sancte Synodi Ita ut ille absq; ulla exceptione  
ab uniuersali ecclesia sūmus pontifex haberetur qui ab oī-  
bus predic̄tis sic debentibus pro hac uice eligere aut  
saltem a duabus partibus ipoz; esset Electus et con-  
sensum suū iuxta formam in eodem decreto ordinatam  
pres̄taret secundum cuius decreti dispositionem Tri-  
ginta duo Archiep̄ali Ep̄ali Abbaciali dignitatibus et  
graduū et scientiar; titulis insigniti nominati et de-  
putati in nr̄a generali congregatione ac demū in Ses-  
sione publica quoz; nomina dignitates gradus et or-  
dines hic haberi uolumus pro sufficienter expressis die  
tertio kl. huius mensis Nouembris celebrata missa  
sollemni per prefatū Cardinalem Arelatē ac per  
singulos ipoz; suscepto diuine Eucharistie sacramento  
de manu eiusdem Cardinalis in p̄ncipia totius Cleri et  
populi et Juramentis sollemnibus pres̄tatis. Ipsi  
pariter cum eodem Cardinali Conclauē intrauerūt  
in ea domo Ciuitatis Basiliē in qua deputatio pro  
Cōmuniū teneri consueuit ubi cum magna deuocōe  
septem diebus insistentes Quūq; scrutina successiue  
de mane diuersis diebus celebrata missa et inuocata  
spiritus sancti gratia peregerunt. Et tandem facto  
Quinto scrutinio ea hora qua processio huius sacri  
Concilij domū prefatam circūbat cantando hymnū  
Veni creator spiritus compertum est religiosum et  
Nobilem uirum Amedeum ducem Sabaudie in soli-  
tudine Ripaliē Gebennē dioc. iam a pluribus annis

in uirtute continentie honeste conuersationem et uirtuti  
 domino in spiritu humilitatis ac simplicitate et humili hinc  
 deseruientem in summum pontificem uniuersalis et Roman  
 ecclie esse Electum iuxta prefata decreta nra Tricesime  
 septime Sessionis dispositionem. Quaequidem Electio  
 postmodum aperta fenestra Conclauis fuit per pre  
 dictum Cardinalem Arelaten publice nunciata decanta  
 toque Te deum laudamus per omnes supradictos ad eli  
 gendum deputatos concorditer super Electione ipsa diu  
 glorificantes et orationibus conuenientibus subiunctis  
 ipsi a Conclauis exierunt in pluuialibus et mitris aliisque  
 habitibus decentibus prout statui uniuersaliter compe  
 tebat concomitantibusque prelati et alijs suppositis huius  
 sacri Concilij ac processionibus omnium Collegiorum et  
 Conuentuum huius Ciuitatis Basiliensium cum reliquis  
 et decentibus ornamentis / populisque multitudine copio  
 sa eccliam maiorem Basiliensem adierunt ubi ipsi prelati  
 et alij de sacro Concilio unanimitate domino gratias retu  
 lerunt. Iteratoque sepe diebus Cardinalis Arelaten in  
 Ambone presentibus omnibus Electoribus deputatis et  
 in hoc consentientibus atque idipsum approbantibus retu  
 lit quomodo ipsa Electio rite et canonice fuerat celebrata  
 Notarijs aplicis qui in Conclauis fuerant etiam idem  
 attestantibus. Quae omnia considerans haec sancta  
 Synodus et spem magnam gerens in domino quod prefatus  
 Amedeus pro sapientia experientia iustitia clementia  
 et ceteris uirtutibus suis plurimos fructus salutis effi  
 ciet in populo dei fidem conseruando / mores reforman  
 do pacemque componendo. Inter christianos principes atque  
 populos uelut sanctitatis amator et pacis cultor / qui cum  
 omnibus pacem et cum nullo differentiam aut discordiam  
 habere famatur / Domus suae bene et laudabiliter preposi  
 tus / grandiuoque populorum prudentissimus gubernator  
 et in rebus ecclias ticijs et spiritualibus non mediocriter  
 exercitatus habita super hoc in quatuor deputacionibus  
 Suppositorum huius sacri Concilij concorditer et unanimitate  
 deliberacione et demum in congregatione generali conclu  
 sione subsecuta ipsam Electionem laudat recipit et ap  
 probat et ex habundanti ac ex certa scientia hoc presenti

decreto ratificat et confirmat declarans eundem Amedeum  
absq; ulla exceptione ab vniuersali ecclia teneri haberi et re  
putari debere Electum in uerum et legitimum sumum et  
Romanum pontificem et hoc ipm per presentis decreti publica  
tionem ad noticiam volumus deduci cune *W. f.* Dat  
in sessione nra publica in ecclia maiori Basilien sollemniter  
celebrata xv. kl. decembris Anno a Natiuitate domini  
Millesimoquadringentesimo tricesimo nono .

### Sessio Quadragesima

## Sacrosancta generalis. ꝛc

Ad perpetuam rei memoriam. Cum sicut  
ait beatus hylarius proprium esse ecclie soleat  
ut tunc vincat cum leditur, tunc intelligat

cum arguitur, tunc secura sit cum superata uidetur. Archa  
enim per quam ecclia designatur eleuata est in sublimem

Confidit hec sacra Synodus qd ille qui posuit nubiliu dat  
serenu inclitum sponsam suam succedentibus turbationu  
fluctibus agitatum oculo clementiori ex alto respiciet no  
ferens eam in sui nominis iniurias diutius conculcari  
Ipa etenim Synodus posuit in dno spem suam et factus est  
protektor eius nec misericordiam suam absulit, qui  
uarijs aduersitatum generibus congrua apposuit remedia  
prementibus quidem gramibus calamitatibus et irruen  
tibus persecutionibus aduersus eccliam ipam et auctem  
eius excitauit eandem sacram Synodum spiritus paraclitici  
ut ad Electionem noui pastoris et Romani procederet  
pontificis qui se opponeret muru pro domo israel. Que  
quidem Electio tandem cum sollemnitate congrua in  
eadem Synod rite et canonice celebrata extitit de persona  
sacram felix v. tunc Amedei ducis Sabaudie ac de  
cani militum in solitudine Ripalhe Gebennien. dioc  
in humilitatis spiritu dno famulanciu prout in decreto  
Tricesimo nono Sessionis die sacre Synodi super hoc confecto  
plenus continetur cuius tenor talis est Sacrosancta ge  
neralis Synodus Basilien in spiritu sco legitime congre  
gata vniuersalem eccliam representans. Deus patrum

nroꝝ et dñs misericordie etc. usqꝫ in finem. Post cuius  
 quidem decreti publicationem prefata Synodus dilcissimum  
 ecclie filium Ludouicum etc. sancte Cecelie pbrim Cardinale  
 Arelaten uulgariter nūcupatum delatere et alios legatos  
 et Oratores suos uidelicet plerosqꝫ Epōs Abbates magistros  
 et doctores Juris diuini et humani. Nobilem virum  
 Johannem Comitem de Tierstein protectoris dñe  
 Synodi Imperiali auctoritate deputati vicesgerentem  
 ac certos milites ad eundem Electum transmittendos du-  
 xit ut sibi ipi Electionem prefatam presentarent et con-  
 sensum eius exposcerent et requirerent iuxta formam  
 in decreto Tricesimeseptime Sessionis prefate Synodi sta-  
 tutam et ordinatam. Quibusquidem legatis et Ora-  
 toribus prefati Electi presencia constitutis ipmꝫ pre-  
 sentato sibi uidelicet die Jouis Decimasextima mensis de-  
 cembꝫ. Anno a Natiuitate domini Millesimoquadri-  
 gesimo tricesimo nono decreto Electionis predictæ  
 ex parte eiusdem Synodi suppliciter precam instantia repe-  
 titis vicibus requirentibus quatenus pro consolatione ecclie  
 dei in maximis hys temporibus aduersitatibus et tribu-  
 lationibus constitute Electioni huic acquiescere et  
 consensum prestare aliaqꝫ ad que iuxta decretum Trice-  
 sime septime Sessionis huiusmodi tenebatur facere et ad-  
 implere dignaretur. Idem Electus tunc in magna  
 ut cernebatur spiritus anxietate constitutus et merore  
 conspersus cum hinc desiderium quietis cum sub suauem contem-  
 platione deposita temporalium negotioꝝ cura uacare  
 delegerat in solitudine predicta retraheret et humane  
 conditionis infirmitas onerum et laborꝫ magnitudinē  
 refugeret hinc vniuersalis ecclie auctoritas et rei publi-  
 ce necessitas impelleret et licet diutius trepidauit igno-  
 rans quid consultans ageret in pmissis post multiplices  
 seorsum cum grauius personis habitas consultationes  
 metuens etiam ut dicebat ne ipius sic ad vniuersalis ecclie  
 et rei publice ministerium necessitate exigente uocari  
 contradiccionis reluctatio diuinam contra se indignationem  
 prouocare et grauioris forsā dispendij in  
 ecclia dei occasionem induceret. Non honoris aut tem-  
 poralium rerum cupidine ductus sed obsequendi necessi-

tate impulsus et affectu publice salutis procurande in huili-  
tatis spiritu tanti oneris sarcine humeros supposuit et se  
aplice solitudinis iugo submitit. Eec tuncq; de eo facte  
genubus flexis exortisq; lacrimis etiam infra statutum  
ad hoc in decreto Tricesimeseptime Sessionis huiusmodi  
terminu ad laudem dei omnipotentis deuote consensit et  
humiliter acquieuit ac per dictam Cardinalem quo uo-  
cari uellet nomine interrogatus prout moris est in  
Romanis pro tempore pontificem Eec to felix nome duxit  
eligendum. Clamide et Caputio quibus tunc utebatur  
depositis etiam genubus flexis professionem iuxta p̄fate  
Tricesimeseptime Sessionis continentiam atq; formam  
emissit et propria manu subscripsit die et anno superius  
expressis. Cuiusquidem professionis tenor talis est.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et  
filij et spiritus sancti Ego felix Eec tus in p̄pam omni-  
potenti deo cuius etiam suo presidio regendum suscipio et  
beato petro ap̄loꝝ p̄ncipi corde et ore profiteor qua dum  
in hac fragili uita consisturus fuero me firmit̄ credere  
et tenere fidem catholicam secundum traditionem ap̄loꝝ  
et generaliu Concilioꝝ et alioꝝ sanctoꝝ patrum  
maxime aut̄ sc̄oꝝ octo Concilioꝝ vniuersalium  
videlicet primi Niceni / secundi Constantiopolitani  
terci Ephesi / quarta Calcedonen / Quinti et sexti item  
Constantiopolitani / septimi item Niceni / Octau  
quoq; Constantiopolitani / Noni Lateranen / lug-  
dunen / Viennen / Constantien et Basilien generaliu  
etiam Concilioꝝ et illam fidem usq; ad uniu apicem imu-  
tlatam seruare et usq; ad animam et sanguinem con-  
firmare defensare et predicare. Ritumq; pariter sacra-  
mentoz ecclias ticoꝝ ecclie traditum omnimode pro-  
sequi et obseruare / polliceor etiam fideliter laborare pro  
tutione fidei catholice et extirpatione heresum et erroꝝ  
reformatione moꝝ Executione et obseruatione deactoz  
Constantien et Basilien Concilioꝝ / ac pace in populo  
xp̄iano. Juro etiam prosequi celebrationem Concilioꝝ  
generalium et confirmationem Eec tionu iuxta decreta  
sacri Basilien Conahy. Hanc autem professionem mea  
mea manu subscripsi et tibi omnipotenti deo cui in die

tremendi iudicij redditurus sum de hoc et alijs meis opibus  
meis rationem pura mente super altare offero quam in  
primo publico Consistorio sollemniter repetam.

Quibus peractis Cardinalis alyqz legati et Oratores  
predicth iuxta Commissionem et preterem eis traditam ipm  
Electum depositis sibi indumentis consuetis per tradicōm  
uestis albi coloris et anuli de spatu inuestierunt ac  
alba pluuiali mitra ceterisqz ornamentis ppalibus congru  
entibus induerunt et in cathedra posuerunt. Ipeqz Car  
dinalis alyqz epi et ceteri prelati principes Comites Ba  
rones et Nobiles reuerenciam et obedientiam Romanis  
pontificibus exhiberi solitas sibi exhibentes in processione  
sollemni cruce precedente more ppali ut decuit ad Eccliam  
monasterij sancti Mauricij ordinis sci Augustini  
indicta solitudine constitutam procedentes. Et dum ipse  
Electus fuit ante altare prosternatus diu orauit et  
hymni Tedeum laudamus decantatione finita et pater  
ni et alijs suffragijs et Collea consuetis per die tum Car  
dinalem die tis eundem Electum intronizarunt ipm  
super altare manus deē ecclie eleuantes. Demū ipse Electus  
asstantibus ibidem sollemnem benediccionem dedit et  
Indulgencias concessit. In hys omnibus decentibus et congruis  
sollemnitatibus obseruatis. Quequidem premissa omnia Sex  
Notarijs publicis et decem ad hoc specialiter requisitis testibus  
plerisqz prelati principibus Comitibus Baronibus No  
bilibus magistris doctoribus et alijs insignibus et notabi  
libus viris ibidem pntibus et asstantibus gesta fuere pro  
ut in Instrumentis publicis quoz tenores ipa s̄ modus  
presenti decreto habet et haberi uult pro sufficienter exp̄ssis  
plenus continetur. Prefata igitur sacra synodus que  
Electiōnem felicis tunc Amedei huiusmodi eius sollem  
decreto auctis xpi fidelibus publicare curauit. Con  
sensum per eundem Electum die te Electiōni p̄stitum  
ac s̄m̄i Aplatus acceptationem hoc presenti decreto pu  
blicat et ad noticiam deducit et deduci uult singulozqz  
Ipsaqz Electiōnem acceptationem consensus prestatione  
professionem inuestituram et intronizationem gra  
tis et ratas habens auctoritate vniuersalis ecclie ex  
